

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale et Graduale Schutterense - Cod. Schuttern 10

Ganter, Joachimus

[Schuttern], [18. Jahrh.]

Proprium de sanctis. Oddo bis Silvester

[urn:nbn:de:bsz:31-72294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72294)

PROPRIUM DE SANCTIS.

Die xxvii. Novemb.

S. ODDONIS ABBA-
tis. duplex.

Omnia de Comuni Abb. In Hymno mutatur versus Meruit supremos. In Adventu comem. Feriaz.

In Vesperis comem. Sequentis & Feriaz.

Die xxviii. Nov.

S. MARTINI PAPÆ
& Martyris. Semiduplex.

Omnia de Comem. Unius Mart. II. loco. com. fer. in Adventu.

Vesp. à Capitulo de sequenti ut infra. com. praeced. & feriaz in Adventu, ac S. Saturnini M.

Die xxix. Nov.

S. DIDACI CONFESS.
Semiduplex.

In Hym. Meruit supremos. omn. de Com.

Oratio.

Mnipotens sempiternè Deus, qui infirma mundi eligis ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati nostræ, * ut pijs beati Didaci Confessoris tui precibus ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dñm.

Extra Adventum in Laudibus fit comemor. Vigilia S. Andrea. Añã & v. ex Plat.

Oratio.

Quæsumus omnipotens De-

us: ut beatus Andreas Apóstolus, cujus prævenimus Festivitatem, tuum pro nobis imploret auxilium; * ut à nostris reatibus absoluti, * à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum.

In Adventu verò omiſſã comem. Vigilia, fit comem. Feriaz, ut suo loco. Ultimato comem. S. Saturnini M. Añã. Qui odit. x. Justus ut palma.

Oratio pro com. S. Saturnini.

Deus, qui nos beati Saturnini Martyris tui concedis natalitio perfrui: * ejus nos tribue * meritis adjuvari. Per Dominum.

Missa Justus ut palma. *de Com.*
Vesperaz de sequenti, com. feriaz tantum. Si fit in Adventu, quod etiam observandum est in omnibus festis per totum Adventum tam in Laudibus quam in Vesperis.

Die xxx. Nov.

IN FESTO S. ANDRE
æ Apostoli. duplex ij. class.
Ad Vesperas Añã.

Salve Crux pretiosa † suscipe discipulum ejus, qui peperdit in te magister meus Christus. 7.

Aa.i

Psalmi, ut in communi notatur, quod etiam in alijs festis Sanctorum observandum.

Beatus Andreas torabat dicens:

Do mine Rex aeternæ gloriæ,

suscipe me pendentem in pa-

tibulo. *Ω.*

Andreas Christi famulus † dignus

Dei Apostolus, germanus Petri,

& in passione socius. *Ω.*

Qui persequabantur justū, † de-

mersisti eos Dñe in inferno, & in

ligno Crucis dux justī fuisti. 7.

Capitulum. Rom. io.

Fratres, Corde enim creditur

ad justitiam, ore autem fit con-

fessio ad salutem. Dicit enim scrip-

tura: Omnis, qui credit in illū, non confundetur.

Ex. br. Hym. & xv. de communi Apostolorū.

Unus ex duobus, † qui secuti

sunt Dominū, erat Andreas

frater Simonis Petri, alleluja.

Oratio.

Majestatem tuam, Dōmine, suppliciter exoramus: * ut sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, * ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dōminum.

Ad Laudes & Horas

Antiph. Salve Crux pretiosa, supra ex Vesp. Psalmi. Dominus regnavit. &c. de Dōno

Antiph. IV. Maximilla † Christomabilis, tulit corpus Apostoli, optimo loco cum aromatibus sepelivit. Cant. Benedicite. Antiph. V. Qui persequabantur justum. &c. F. audete Dominū de caelis, quod etiam observandum in omnibus alijs festis similiter positus.

Capitulum. Fratres, Corde enim, supra Ex. breve, Hymnus & xv. de Communi.

Ad Benedictus Antiph.

Concede nobis thōminem justū, redde nobis hōminē sanctū; ne interficias hōminem Deo charum, justum, mansuetum & pium.

Ad Tertiam.

Antiphona. Beatus Andreas, ex Vesperis. Capitulum. Fratres, Corde enim. ibidem.

x. In omnem terram.

Ad Sextam.

Antiphona. Andreas Christi famulus. Capitulum. Rom. io.

Non enim est distinctio Judæi & Græci: nam idem Dōminus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, qui vivit

invocaverit Nomen Domini ,
salvus erit.

✠ Constitutus eos principes.

Ad Nonam.

Antiphon. Qui persequantur.
Capitulum.

Rom. iij.

Isaías enim dicit: Domine, quis
credidit auditui nostro? Ergo
fides ex auditu, auditus autem
per verbum Christi. Sed dico :
Numquid non audierunt? Et
quidem in omnē terrā exiit
sonus eorum, & in fines orbis
terræ verba eorum.

✠ Nimis honorati sunt.

In II. Vesperis.

Antiphona: Salve crux pretiosa. ex I. Vesp.
Psalmi ut in Comuni. Capitulum. R. br. & Hym.
ut in I. Vesp. ✠ Annuntiaverunt opera.

Ad Magnificat Añã.

Cum pervenisset beatus Andre
as ad locū, ubi Crux parata erat,
exclamavit & dixit: O bona Crux
diu desiderata, & jam concupif-
centi animo preparata, securus
& gaudens venio ad te, ita & tu
exultans suscipias me discipu-

lū ejus, qui pepen dit inte. i.

Fit coñtem. S. Conradi E. C. Sacerdos & Pon-
tifex. ✠ Amavit eum. Orat. E. xaudi quare-
fimus. de comuni. & Feria in Adventu.

Ad Missam.

Introitus Mihi autem. de Comuni. xij.
Pro Graduali.

Alle lu ja, alle lu-

ja. **D**ile xit Andre am

Dominy in odo rem sua vi-

ta tis, alle lu ja.

Offertorium.

Mihi autem nimis honora ti sunt ami-
ci tui Deus, nimis confortatus est
principatus e o rum.

Communio.

Venite post me, faciam vos fishermenes piscatores hominum; at illi continuo relictis retibus secuti sunt Dominum.

ri piscatores hominum; at illi continuo relictis retibus secuti sunt Do-

minum.

ti sunt Do-
minum.

FESTA DECEMBR.

Die I. Decembris.

S. CONRADI EPIS.

copi & Confess. Semiduplex.

Omnia de Comuni II. loco. In Hym. Meruit supremos. Com. feria in Laudibz. Vesperz à Capitulo de seq. com. prac. & feria

Die ij. Decemb.

S. BIBIANÆ VIRG.

nis & Martyris Semidup.

Oratio.

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore martyrii palmam conjunxisti, mentes nostras ejus intercessione tibi cha-

ritate conjunge; * ut amotis periculis, premia consequamur aeterna. Per Dominum. *com. feria. Missa. Me expectaverunt. de Com. lvij. Vesp. de seq. com. preced. & feria.*
Die iij. Decemb.

S. ATTALÆ VIRGINIS, duplex. Diecof.

Omnia de com. III. loco. com. fer. in laudibz. Vesp. à Capitulo de seq. com. preced. Antiph. Simile est regnum. ex laud. & feria.

Die iv. Decembris.

S. BARBARÆ VIRGINIS & Martyris, duplex. Oratio.

Deus virginitatis amator, qui ad declaranda merita beate Barbaræ virginis & martyris tuæ, populo ipsam dignè invocanti misericordiam promissisti, ipsius nobis intercessione concede; * ut hostium superatis insidijs aeternæ vitæ premia consequamur. Per Dominum. *com. feria. Missa. Loquebar. de Comuni. lvj. Vesp. à Capitulo de seq. Meruit supremos. O Doctor optime. com. prac. & feria. ac S. Sabba Abbat. Similabo. x. Justu. Oratio intercessio. de Com. Abbatum.*

Die v. Decembris.

S. PETRI CHRYSOLOGII Episc. & Conf. Doct. duplex. Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Chrysologum doctorem egregium divinitus pramonstratum ad regendam & instruendam Ecclesiam tuam eligi voluisti, * presta quaesumus, * ut quem doctorem vitæ

habuimus in terris, intercessore
habere mereamur in coelis. Per
Dominum.

In Laudibus com. Feria & S. Sabbæ Abb.
& Amavit eum. Vesp. de seq. com. preced.
O Doctor & Feria.

Ad Missam.

Introitus. In medio. fol. xliv. Pro Graduali.
Alleluja, alla. Juravit Dominus. xliij. Of-
fertorium. Justus ut palma. xlvj.

Communio.

Do mine quinqs talenta tradi-
mini tu



disti mi hi: ecce alia quinqs fu-
per lucra tus fu. Euge serve

bone & fidelis, quia in pauca

bona multiplicasti. Euge serve

bona multiplicasti. Euge serve

bona multiplicasti. Euge serve



Die vi. Decembris.

S. NICOLAI EPISC.

& Confessor. duplex majus.

Oratio.

Deus, qui beatum Nicolauum,
Pontificem innumeris decora-
sti miraculis: *tribue quæsumus;
ut ejus meritis & precib; a gehē-
næ incendijs liberemur. Per Dñum.

Com. feria. In Vesp. com. seq. & feria.
Missa Introitus. Stetit. Pro Grad. Alla. alla.
Justus ut palma. xlix. Offert. Veritas mea. xxjv.

Communio. Semel juravi. xxjv.

Die vij. Decemb.

S. AMBROSII EPISC.

C. & Eccl. Doctoris. duplex.

Meruit supremos. Oran. de Com. Doct. com. fer.
In Missa Pro Grad. Alla. alla. Juravit. xliij. Offertor:
& Communio ut heri. Vesp. de seq. com. prec. & feria.

DIE VIII. DECEMB.

IN FESTO IMMACULATÆ CON- CEPTIONIS B. MARIE VIRG.

Duplex II. Classis.

Ad Vesperas.

Antipona. Conceptio gloriosa. infra ex
Laudibus Psalmi, Capitula, R. breve Hym-
ni & x. v. ad Horas ex Comuni de B. M. V. j.

Aa.3.

*V. Conceptio est hodie sancta Mariae Virginis. R. Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Magnificat Añā.

Gloriosa† Virginis Mariae *Conceptionem

dignissimam recolamus, quae & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. *i.*

Oratio.

Famulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: *ut quibus beatae Virginis Partus extitit salutis exordium, *Conceptionis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

Ad Laudes & Horas.

* **C**onceptio gloriosae† Virginis Mariae ex semine Abrahamæ, orta de tribu Juda, clara ex

stirpe David. *∞.*

* **C**onceptio est hodie sancta Mariae Virginis, cuius vita incluta cunctas illustrat Ecclesias. 7.

Regali ex progenie Mariae exorta refulget: cuius precibus nos adjuvari mente & spiritu devotissimè poscimus. 6.

Corde & animo† Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellae Genitricis Dei Mariae. *∞.*

Cum iucunditate† *Conceptionem beatae Mariae celebremus.

ut ipsa pro nobis intercedat ad

confundens mortem donavit no-

Dominum Jesu Christu. 7.

bis vita sempiternam. A.

ut in Vesp. Ad Benedictus Ana.

Deinde fit Commem. S. Gregorij Taphmar. E. C. Sacerdos & Pontifex. Amavit. Or. Da quaesumus. & Ferie.

*Conceptionem hodiernam

Ad Processionem.

perpetuae Virginis Genitricis

Dei Mariæ solemniter cele-

bremus, qua celsitudo throni

processit, alleluja. 0.

Sancta & immacula ta Vir-

*Deinde fit Comem. feriae. In II. Vesperis Antiph. Conceptio gloriosa. cum reliq. in I. Vesp. X. * Conceptio est hodie. &c. ut supra.*

Ad Magnificat Antiph.

*Conceptio tua Dei Genitrix

Virgo gaudium annuntiavit

universo mundo: ex te enim ortus




est sol justitiae Christus Dey

nofter: qui solvens maledicti-

onem, dedit benedictionem, &







nescis. Quia quem coeli capere

Aa. 4.



y. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. *Quia. 2.*

Ad Missam.
Introitus. Salve sancta Parens. fol. v.
Pro Graduali.



justitia Christus Deus non
ster. alleluja.

Offertorium.
Beata es Virgo Maria, quam
nium portasti Creatorem: genuisti

qui te fecit, & in aeternum permanes

Virgo. **TP.** Alleluja. **Communio.**
Beata videra. folio. vij.
Die ix. Decemb.

S. GREGORII THAV-
maturgi E.C. Semiduplex.
Omnia de Comuni l. loco. Meruit supremos. In laud. fit Com. Octava Concept. B.
Maria V. & feria.
Vespera à Capit. de Seq. Meruit supremos.
Com. prac. & Octava, ac feria, tandem S. Melchiadis. P.M. Oratio Infirmis.

Die x. Decembris.

S. JOANNIS A CRU-
ce Confessoris Semidupl.
Oratio.

Deus, qui sanctum Joannem
Confessorem tuum perfectum
fui abnegationis & Crucis ama-
torem eximium effecisti: * con-
cede, ut ejus imitationi jugiter

inhærentes, *gloriam assequa-
mur æternam. Per Dominum.

*Fit com. in laud. Octava Concept. & feria ac
S. Melchjadis.*

*Missa Os iusti. & cde Comuni
Vespera a Capitulo de Seq. com. preced. &
Octava ac feria.*

Die xj. Decembris.

S. DAMASI PAPÆ & Confessoris. Semidupl.

Oratio.

EXaudi Dómine preces nost-
ras. * & interveniēte beato
Damaso Confessore tuo, atque
Pontifice, * indulgentiã nobis
tribue placatus & pacē. Per Dñū.

In laud. com. Octava Concept. & feria.

*Ad Missam. Introitus. Sacerdotes tui. fol.
xljij. Pro Graduali. Alla, alla. Ius Sacer-
dos. fol. xxxiv. Offert. Inveni David. f. xxvj.*

*Comunio. Domine quinqs. supra fol. 393.
Vespera de Seq. Meruit supremos. Com. prac.
Dum esset sumus. & Octava ac feria.*

Die xij. Decemb.

S. FRANCISCI XAVE- rij, Confessoris. Duplex.

Oratio.

DEus, qui Indiãrum Gentes
beati Francisci prædicatiõ-
ne & miraculis Ecclesiã tuã ag-
gregare voluisti. * concede pro-
pitius, ut cujus gloriõsa mèrita
venerãmur, * virtutum quoque
imitemur exempla. Per Dóminū.

In laudibus com. Octava & feria.

*Ad Missam. Introitus. Loquebar. f. lvj.
sed huic additur sequens Psalmus.*

Laudate Dominum omnes gentes :

laudate etiam omnes populi, quoniam

confirmata est super nos misericordia

eius: & veritas Dñi manet in æternum. V.

Cætera. ex Missa II. Os iusti. fol. l.

*Vespera de Seq. Oratio Exaudi. de Com.
vel sequens propria. com. prac. & Oct. ac fer.*

Die xij. Decemb.

S. OTHILLÆ VIRGI- nis. duplex majus. Dioces.

Oratio.

DEus, qui per Spiritus sancti
gratiã almam virginem
Othilliam ab oculõrum cœcitate
illuminare dignatus es. * ipsã
quæsumus, interveniēte tet-
ras cordium absolve caligines. *
ut purã tibi mente serviamus. Per
Dñum. &c. unitate ejusdem. &c.

In laud. fit com. Octava & feria.

Missa Vultum tuum de Com. lxi.

In Vesp. com. Seq. & Octava ac feria.

Die xiv. Decemb.

S. DOMINICI SILEN- sis Abbatis. duplex.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiã tuã be-
ati Dominici Confessoris tui
præclaris vitæ mèritis decorasti,
& in liberandis captivis gloriõ-
sis lætificasti miraculis. * con-
cede nobis famulis tuis, * ut & ip-
sius instruamur exemplis, & ab
omni vitiorum servitute ejus pa-
trocínio liberemur. Per Dóminū.

In laud. com. Octava & feria. Missa de Abbat.

Vesp. de Die Octava Concept. com. prac. & fer.

Die xv. Decembris.

OCTAVA CONCEP-

A. a. s.

tionis B. M. V. duplex majus.
 Omnia ut in Die festo. com. feria in laudibus
 In Vesp. com. Seq. Orat. Deus, qui nos. & fer.
 Die xvj. Decemb.

S. EUSEBII EPISCO.

pi & Martyris. Semiduplex.
 Omnia de Com. II. loco in laud. com. feria.
 Vesp. de sequenti. com. ut infra.
 Die xvij. Decemb.

S. LUCIÆ VIRGINIS

& Martyris. duplex.
 Ad Vesperas, Laud. & Horas Añã

O Ran te sancta Lucia † ap.

paruitei beata Agartha, & con-

solabatur ancillã Christi. 7.

Lucia virgo † quid à me petis, qd

ipsa poteris præstare continu-

o matri tuæ? 7.

Perte Lucia Virgo † civitas Syra-

cusana decora bitur à Domino

Jesu Christo. 0.

Soror mea Lucia, † Virgo. Deo de-

vota, quid à me pe tis, quod ipsa

po teris præstare continuo ma-

tri tuæ. 0. *Capitula. R. brevia.
Hymni & versus de Com.
Virginum.*

Ad Magnificat Antiphona.

In tua patien ti a † possedisti a-

nimam tuam Lucia sponsa Chri-

sti: odisti, quæ in mundo sunt, &

contuscas cum Angelis sanguine

proprio inimicũ vicisti. 1.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutãris

noſter: * ut sicut de beatã

Luciã Virginis & Martyris tuã

festivitate gaudemus: * ita pia

devotiõnis erudiãmur affectu

Per Dõminum.

*fit com.: præc. & feria ac S. Lazari EC
Sacerdos. Amavit. Orat. Exaudi. II. loco.*

In Laudibus.

Antiph. IV. Benedicote † Pater

Dõmini mei Jesu Christi, quia

per Filium tuum ignis extin-

ctus est à latere meo.

Ad Benedictus Añã.

Columna es timõbilis, Lucia,

Sponsa Christi: quia omnis plebs

te expectat, ut accipias coronā
vitæ, alleluja.

*fit Com. feria & S. Lazari. Euge ser ve bone
Vesp. de Seq. com. S. Lucia per Antiphonā.*

Tanto pondere te am fixit Spi-

tus sanctus, ut Virgo Christi

immobilis permaneret. 7.

*& Feria per Antiphonam majorem O.
Ad Missam Introitus. Diluxisti. lx
Pro Graduali.*

Alle lu ja, al le lu-

ja. **D**iffusa est gra tia

in la bijs tu is: propterea be-

nedixit te De us in æter-

num. al le lu ja.

Effertur. lviij. **Comu-**

nio. Principes. lxxvj.

Die xvij. Decemb.

EXPECTATIONIS B.

Maria V. duplex majus.

*Ad Vesperas. Antiphonæ. Missus est. ex
Laudibus. Psalmi de Communi B. M. V.
Capitulum. feria. ii.*

Egredietur Virga de radice

Jesse, & flos de radice ejus

ascendet. Et requiescet super e-

um Spiritus Domini. **Respons. br.**



Rorate cœli de super, & nubes

pluant justum. **v.** Aperiatur ter-

ra. & germinet Salvatorem.

Hymn. Conditore alme fiderū. ex Dom. I. Adv.

v. Ave Maria gratiā plena.

& Dominus tecum.

Ad Magnificat Antiph.

Spi ritus sanctus in te def-

cendet Maria; ne timeas, ha-

bebis in utero Filium Dei, al-

leluja. **Oratio ut infra.**

leluja. **Oratio ut infra.**

*Funt Comemoraciones S. Lucia, & feria ut
supra positum est.
In fine Hymnorum dicitur per totum diem*

Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri & Filio,
Sancto simul Paraclito
In saeculorum saecula. Amen.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Missus est Gabriel Angelus
ad Mariam Virginem despon-
satam Joseph. O .

Ave Maria \dagger gratia plena Do-
minus tecum: benedicta tu in
mulieribus. Alleluja. A .

Ne timeas Maria \dagger invenisti
gra tiam apud Dominum; ec-
ce concipies, & paries Filium,
Alleluja. O .

Dabit ei Dominus \dagger sedem David Patris
ejus, & regnabit in aeternum. A .

Ecce ancilla Domini \dagger fiat mihi
secundum verbum tuum. O .

Capitulum. Egre dietur. supra in Vesp.

R. **br.** Ave Maria, gratia plena *
Dominus tecum. **V.** Benedicta
tu in mulieribus, & benedictus
fructus ventris tui. **Gloria.**

Hymnus. Vox clara. ex Dom. I. Adv.
V. Spiritus sanctus super veniet
in te. **R.** Et virtus Altissimi obum-
brabit tibi. **Ad Benedictus Aña.**

Super solium \dagger David, & super
regnum ejus sedebit in aeternum.

Oratio.

Deus, qui de beatae Mariae
Virginis Utero Verbum tuum
Angelo nuntiante carne sus-
cipere voluisti: * praesta suppli-
cibus tuis; * ut, qui verè eam Ge-
nitricem Dei credimus, ejus apud
te intercessionibus adjuvemur.
Per eundem Dominum.

Commemoratio feria.

Ad Tertiam.

Antiphona Ave Maria

Capitulum. Egre dietur. supra in Vesperis.

V. Angelus Domini nuntiavit Mariae
R. Et concepit de Spiritu sancto.

Ad Sextam.

Antiph: Ne timeas.

Capitulum.

Isaie 7.

Ecce Virgo concipiet, & pari-
et Filium, & vocabitur nome
ejus Emanuel. Butyrum & mel
comedet, ut sciat reprobare ma-
lum & eligere bonum.

Benedicta tu in mulieribus.

Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Nonam.

Antiph. Ecce ancilla Domini
Capitulum.

Isaïas.

Rorate coeli desuper, & nubes
pluant justum, aperiatur terra
& germinet Salvatorem, & ju-
stitia oriatur simul. Ego Dñs
creavi eum.

Spiritus sanctus superveniet in
te. **E**t virtus Altissimi obum-
brabit tibi.

In II. Vesperis.

Omnia ut in primis, prater sequentia.

**Anti-
phona**

IV. De fructu ventris tui

ponam super sedem tuam. *Memento.*

Ad Magnificat Aña.

O Virgo virginum! quomodo

fiet istud, quia nec primam si-

milem visa es, nec habere sequen-

tem? Filia Jerusalem! quid me

admiramini? Divinum est myste-

rium hoc, quod cernitis. *o.*

Fit comem. feria per Antiphonam major.

Missa Rorate. &c. infra. lxxv. prater seq.
Post Introitum ponitur sequens Psalmus.

Cœli enarrant gloriam Dei: & opera

manuum ejus annuntiat firmamentum.

Pro Graduali.

Alle lu ja. alle.

lu ja. **E**cce Virgo conci-

piet & pariet Filium

Jesum Christum. *alla. ab initio.*

Die xix. Decemb.

S. LEOPOLDI CON-

fessoris March. Austr. Sem.

Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Leopoldum

dex principatu & curis sæculi

hujus immaculatum ad regnum
cœlestē traduxisti. *concede

propitius tuâ cleméntia, ita nos
per hæc temporalia dirigi; * ut
atérna vitâ confortes effici
mereâmur. Per Dóminum.

*In laud. fit com. feria
Missa. Os justi II. fol. I. In Vesp. com. fer. O.
Die xxj. Decemb.*

S. THOMÆ APOST.

duplex ij. classis.

*Omnia de Comuni Apost. præter sequent
In utrisq. Vesp. ad Magnif. & Bened. Ant.*

Quia vidisti me † Thoma, cre-
didisti: beati qui non viderunt,
& crediderunt, alleluja. *Ω.*

Oratio.

DA nobis, quâsumus Dñe, be-
dâti Apóstoli tui Thomæ
solemnitatibus gloriâri: * ut e-
jus semper & patrocinij suble-
vemur; * & fidem congrua devo-
tione sectemur. Per Dóminum.

*Comem. feria. Antiph. O.
In Laudibus (nisi festum S. Thomæ transfera-
tur, nam sic in Dominica) fit com. feria. Ant.*

Nolite timere, quinta enim die
veniet ad vos Dóminus noster.

*x. vox clamantis. Oratio de Dom. vel feria.
In Vesperis commemoratio feriaz. Ant. O.
In Missa Introitus. Mihi autem. xij.*

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja.

Gaudete ju sti in Domino: rectos

deceat collaudatio. alle lu ja.

Offertorium.

In omnē ter ram exivit sonus e-

o rum: & in fi nes orbis terræ ver-

ba e o rum.

Communio.

Mitte manū tuam, & cognosce

loca clavorum, & noli esse in-

credulus sed fide lis.

Die xxvj. Decemb.

IN FESTO S. STEPHA

ni Martyris. *duplex II. class.*

In II. Vesp. Nativitar. D. fit Com. S. Steph.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat signa magna in populo. ω .

x. Gloria & honore.

Oratio.

DA nobis quaesumus Domine dimittere, quod colimus, ut discamus & inimicos diligere, quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Ad Laudes & Horas Antiphona

Lapidaverunt Stephanum, & ipse invocabat Dominum dicens: ne statuas illis hoc peccatum. ω .

Lapides torrentis illi dulces fuerunt: ipsum sequuntur omnes anima iusta. 7.

Adhaesit anima mea post te, quia caro mea lapidata est pro te Deus meus. 3.

Stephanus vidit caelos apertos: vidit & introivit: beatus homo, cui caeli patebant. *Benedicite.*

Ecce video caelos apertos, & Jesum stantem a dextris virtutis Dei. 4.

Capitulum.

Act. 6.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.

Br. Gloria & honore. & Hymnus. Martyr Dei, qui unicum. de Comuni Unitus Mart.

x. Sepelierunt Stephanum viri timorati. Et fecerunt planctum magnum super eum.

Ad Benedictus Antiphona.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna in populo.

Oratio ut supra. Dein fit Comem. Octava Nativ. D. Gloria in excelsis. Notum fecit. & Oratio. Concede.

Ad Tertiam.

Antiphona. Lapidés torrentis.

Capitulum. Stephanus ante supra.

x. Gloria & honore. de Comuni.

Ad Sextam.

Antiphona. Adhæsit anima. *Act. 6.*
Capitulum.

Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium, & Alexandrinorum & eorum, qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ & Spiritui, qui loquebatur.

x. Posuisti Domine.

Ad Nonam.

Antiphona. Ecce video. *Act. 7.*
Capitulum.

Profitis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

x. Magna est gloria.

Ad Vesperas.

Antiphona. Tecum principium cum reliquis **Antiph.** & **Psalmis** de Nativit. D. ut supra. *Et hoc etiam observandum est in seqq. Festis usque ad I. Vesp. Circumcis. D.*

Capitulum. Stephanus autem, supra in Land. B. br. & Hymnus de Comuni un. Mart.

x. Stephanus vidit cælos apertos. *B.* Vidit & introiit, beatus homo, cui cæli patébant.

Ad Magnificat Añã.

Sepelierunt Stephanum timorati, & fecerunt plan-

ctum magnum super eum. *Co.*
Dein fit Commem. S. Joannis Apostoli.
Iste est Joannes, Valde honorandus intra
Et Nativitatis D. Hodie Christus natus
Notum fecit Dominus. fol.

Ad Missam.

Sederunt principes, &

Introitus.

adversum me loquebantur: &

iniqui persecuti sunt me: ad-

juva me Domine Deus meus,

quia servus tuus exerceba-

tur in tuis justificationibus.

Psalmus.

Beati immaculari in via: qui ambul-

lant in lege Domini. **I.**

Pro Graduali.

Allelu ja, al lelu-
 ja. **V**i deo caelos aper-
 tos, & Jesum stan tem a
 dextris virtutis De i,
 allelu ja.

Offertor.

Elege runt Apostoli Stephanum Le
 vitam, plenū fi de & Spiritu san-
 cto: quem lapidave runt Judæ i o-
 rantē & dicentem: Domine Je su, ac-
 cipe spi ritū me um, al lelu ja.

Bb.i.

Communio.

Vi deo caelos apertos & Jesum
 stantem a dextris virtutis De i.
 Do mine Jesu, accipe spiritum
 meum, & ne statuas illis
 hoc pec ca tum.

Die xxvij. Decemb.

IN FESTO S. JOAN-
nis Apost: duplex II. classis.
In II. Vesp. S. Stephani fit Com. S. Joannis.

Iste est Joan nes, qui supra
 pectus Domini in coena re-
 cu buit: beatus Apo-

folus, cui revelata sunt secreta caelestia. *A.*

V. Valde honorandus est beatus Joannes. *R.* Qui supra pectus Domini in cena recubuit.

Oratio.

Ecclēsiā tuā, Dōmine benignus illustra. * ut beati Joānis Apōstoli tui & Evangelistae illuminata doctrinis ad dona perveniat sempiterna. Per Dōminum.

Dein fit Com. Nativit. Hodie & Notū fecit

Ad Laudes & Horas Anā.

Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit.

Ω.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus, quia verum est testimonium ejus. *3.*

Hic est discipulus meus: sic eum volo manere, donec veniam. *3.*

Sunt de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis in regno suo. *Benedicite.*

Ecce puer meus electus, quem elegi: posui super eum Spiritum meum. *A.*

Capitulum. Eccl. is.

Qui timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiae, apprehendet illam, & obviabit illi quasi mater honorificata.

R. br. & Hymnus de Comm: Apostolor.

V. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his.

R. Et scimus, quia verum est testimonium ejus.

Ad Benedictus Anā.

Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit: beatus Apōstolus, cui revelata sunt secreta caelestia.

Oratio ut supra. Postea fit Com. Nativitat. D. Gloria in excelsis. V. Notū fecit. fol. & S. Stephani. Stephanus autem Sepelierunt & supra fol.

Ad Tertiam.

Antiphona. Hic est discipulus.
Capitulum. Qui timet Deum.
v. In omnem terram.

Ad Sextam.

Antiphona. Hic est discipulus.
Capitulum. *Eccli. is.*

Cibavit illum pane vitæ, & intelléctus, & aqua sapiéntiæ salutâris potâvit illū Dóminus Deus noster.

v. Constitues eos principes.

Ad Nonam.

Antiphona. Ecce puer meus.
Capitulum. *Eccli. is.*

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus, & implévit illum Dñus spiritu sapiéntiæ & intellectus, & stolā glóriæ induit eum.

v. Nímis honorati sunt.

Ad Vesperas.

Antiphona. Tecum principium &c. de Nat.
Capitulum. Qui timet Deum.

R. br. & Hymnus de Comuni Apostolorum.
v. Valdè honorándus est beátus Joánnes. *R.* Qui supra pectus Dómini in cœna recubuit.

Ad Magnificat Aña.

Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur: & non dixit Jesus non moritur: sed sic eum volo manere, do nec veniam. 6.


Oratio ut supra. Dein fit Com: SS. Innocen-

tium. Hi sunt, & Herodes iratus it infra. Postea Nativitat. D. Hodie Christus Notū. tandem S. Stephani. Sepelierunt Stephanus.

Ad Missam

Introitus. In medio. &c. infra fol. xlv. Pro Graduali.

Allelu ja, al lelu ja.



Hic est discipulus il-

le, qui testimonium per-

hibet de his: & sci-

mus, quia ve rum est testimo-

niume jus. allelu-

ja.

Offertorium.

Justus ut palma.

fol. xlvj.

Communio. v.

ja.

ja.

ja.

ja.

ja.

ja.

Bb. 2.

Exijt sermo inter fratres, quod
discipulus ille non moritur, &
non dixit Iesus, non moritur, sed
sic eum volo manere, do-
nec veniam.

Die xxviiij. Decemb.

SS. INNOCENTIIUM.

duplex II. classis.

In II. Vesp. S. Joannis fit Com. SS. Innocent

Hi sunt, qui cum mulieri-
bus non sunt coinquinati.
Virgines enim sunt, & sequun-

tur Agnū, quocumq; ierit. *℟.*
✠ Herodes iratus occidit mul-
tos pueros. *℞.* In Bethlehem
Judæ civitate David.

Oratio.

Deus, cujus hodierna die
præconiū Innocentes Mār-
tyres non loquendo, sed mori-
endo confessi sunt: *✠* omnia
in nobis vitiōrum mala morti-
fica; *✠* ut fidem tuam, quam
lingua nostra loquitur, etiam
mōribus vita fateatur. Per
Dōminum.

Dein comem. de Nativ. D. & S. Stephano.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Herodes iratus occidit
multos pueros in Bethlehem
Judæ civitate David. *℟.*

Abimatus & infra occidit mul-
tos pueros Herodes propter
Dōminum. *℟.*

Angeli eorum semper videt

faciem Patris. *Or.*

Vox in Rhama taudita est, ploratus & ululatus, Rachel plorans filios suos. *Benedicite.*

Sub throno Dei omnes Sancti clamant, vindica sanguinem nostrum Deus noster. *Or.*

Capitulum. *Apoc. ij.*

Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

R. br. Latamini. de Com. plur. Martyrū. Sequens Hymnus canitur in eo tono, in quo Hym. Christe Redemptor omnium. f. 96.

Hymnus.

Salvete flores Martyrum
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit
Ceuturbo nascentes rosas.
Vos prima Christi victima
Grex imolatorum tener
Aram ante ipsam simplices
Palmam & coronis luditis.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine
Cum Patre & S^o Spiritu
In sempiterna secula. amen.

x. Herodes iratus occidit multos pueros. *R.* In Bethlehem ju-

da civitate David.

Ad Benedictus Añā.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, & sequuntur Agnum, quocumque ierit. *Or. sup.*
Postea sunt Comem. de Nativ. D. Gloria in excelsis. Notum fecit. Et S. Stephani. Stephani autem. Sepelierunt. Ac S. Joannis. Iste est Joannes. Hic est discipulus.

Ad Tertiam.

Antiphona. A bimatu.

Capitulum. Vidi supra montem supra. x. Latamini. de Comuni plur. Mart.

Ad Sextam.

Antiphona. Angeli eorum.

Capitulum.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit.

x. Exultent iusti.

Ad Nonam.

Antiphona. Sub throno Dei.

Capitulum.

Hiempti sunt ex hominibus primitia Deo & Agno: & in ore ipsorum non inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

x. Iusti autem.

Ad Vesperas.

Antiphona. Tecum principium. de Nat. Capit. Vidi supra montem supra. R. breve. Exultent iusti. de comuni plur. Martyrum. Hymnus. Salvete flores Martyrū supra.

x. Sub throno Dei omnes Sancti clamant. *R.* Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

Ad Magnificat Añā.

Innocentes pro Christo In-

Bb.3.

fantes occisi sunt: ab iniquo re-
gelactentes interfecti sunt:
ipsum sequuntur Agnū sine
macula, & dicunt semper:
Gloriatibi Domine. 2.

*Oratio supra. Dein fit comem. S. Thomæ Can-
tuar. E. M. ut infra. Cūti dies sequens fuerit
Dominica, nam tunc de eadem fiet Comem. &
altera die Officium, ut habetur fol. 99. & festum
S. Thomæ transferretur in feriam secundam,
ita ut in Vesperis Dominicæ fieret primū Com-
de eo) & Octavarum Nativit. D. & S. Stephani
ac S. Joannis.*

Ad Missam.

EX ore infantium De-
*Intro-
itus.*

us & lactentium perfecti sti
laudē propter inimi cos tu os.

Psalmus

Domine Dominus noster: quam admira-

bile est nomen tuū in universa terra. II.
Pro Graduali in Dominica & Octava.

Alle lu ja, al le lu-

ja. **L**auda te pu eri

Dominū, lauda te no-


men Do, mini. alle lu ja.

Tractus, quando non est Dom.


Effude sunt sanguinē San-

ctorum velut a quam in circu-


itu Jeru sa lem. & non e-




Offertorium.



Anima nostra sicut passer erepta




est de laqueo venantium: laqueus




contritus est, & nos libera ti sumus.


Communio.




Vox in Rhama audita est, plora




tus & ululatus, Rachel plorans




filios suos, & non luit conso



lari, quia non sunt.



Die xxix. Decemb.



S. THOMÆ EPISCO

pi & Martyris Semidupl.

Omnia de Communi, præter sequentia.

Oratio

Deus, pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Tho-

mas gladijs impiorum occubuit:
* præsta quæsumus; ut omnes,
qui ejus implorant auxilium, *
petitionis suæ salutarem conse-
quantur effectum. Per Dñum.

In Laudibus fit comem. Octavar. Nativ. S.
Stephani, S. Joannis & SS. Innocentium.

In Vesperis Antiph: Tecum principium. de
Nativ. à Capitulo de Dominica vel Die infra Oc-
tavam Nativ. cum comem. S. Thomæ & Octa-
varum. Si verò festum S. Thomæ transfer-
tur in feriam secundam, supradicta Antiph:
duplicantur, & à Capitulo fit de S. Sylvestro
ut infra. cum supradictis Comemoracionib;

Ad Missam.

Gaudemus omnes in Do-

mino, diem festum celebra-

tes sub honore beati Tho-

-mæ Martyris, de cuius Passio-

ne gaudent Angeli, & col-

-untur.


luntur.

luntur.




luntur.

luntur.


luntur.




lau dant fi lium De i.

Maluit.**E**xultate iusti in Domino: rectos de-
cet collaudatio. **I.****Pro Graduali.****A**lle lu ja, al le lu ja. **E**go

sum pastor bonus & cognos





co o ves meas & cogno




scunt me me a. al-



lelu ja.




Offertoriū. Postisti Domine. fol. ccxviii.
Communio.**E**go sum pastor bo nus, & cog

nos co oves me as, & cog




noscunt me me a.

Die xxxj. Decemb.

**S. SILVESTRI PA-
pa & Confessoris duplex.***Omnia de Comuni. Oratio Da qua sumus
in Laudibus fit Com. Octavarum. & si fu-
erit Dominica dies, de ea fit sola Comem-
in I. Vesp. S. Sylvestri et Laudibus ante
omnes commem.: Octavarum.**Vespera de Circumcisione D. sine ulla com.***Ad Missam.****Introitus. Sacerdotes. folio. xliij.****Pro Graduali.****A**llelu ja, al le lu ja.**I**nve ni Da vid servū me

um, o leo sancto meo unxi



Offertorium. Inveni David. fol. xxvj.
Communio. Beatus servy. fol. xljv.

FESTA JANUARIJ.

Die ij. Januarij.

OCTAVA S. STEPHANI Martyris. duplex.

In II. Vesp. fit Commem. de eo. Antiphon. Stephanus autem. ut supra folio.

✠ Stephanus vidit calos apertos. **B.** Vidit & introivit, beatus homo, cui cali patébant.

Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, qui primitias Martyrum in beati Levitæ Stephani sanguine dedicásti * tribu e quâsumus; ut pro nobis intercessor existat * qui pro suis etiam persecutoribus exorâvit Dñum nostrum Jesum Christum Filiū tuum. Qui tecū.

Reliqua omnia ut in die festo. In Laud. fit Commem. Octavarum S. Joannis & SS. Innocentium.

In Vesperis Ant. Lapidaverunt ex Laudibus. Psalmi ut in Comuni Mart. in II. Vesp. A Capitulo de Die Octava S. Joannis Apostoli. Capit. Qui timet Deum. fol. 396. B. br. & Hym. de Comuni Apost. ✠ Valde honorandus. ad Magn. Ant. Iste est Joannes. & Or. Ecclesiast. ut supra. Dein Commem. S. Stephani ut sup. in II. Vesp. ejus. Or. Omnipotens. & SS. Innocentium.

Die iij. Januarij.

OCTAVA S. JOANNIS

Omnia ut in Die festo. duplex. In Laudibus fit Commem. SS. Innocentium. Ad Vesp. Ant. Valde honorandus est. ex laudibus. Psalmi de Comuni Apost. in II. Vesper.

Capit. Qui timet Deum. & alia. ut ibi. Comem. Diei Octava SS. Innocentium. ibide. Ant. Hi sunt. ✠ Herodes. Oratio. fol.

Die iv. Januarij.

OCTAVA SS. INNOCENTII Martyrum. duplex.

Omnia ut in die festo. praterquam quod in Missa loco Tractus dicatur. Ant. Allel. Laudate pueri. ut ibi.

Ad Vesp. Ant. Herodes iratus. ex Laudibus. Psalmi de Comuni Mart. in II. Vesp. Reliqua. ut in die festo. Fit Commem. Vigiliæ Epiphaniæ. Prter Jesus. Notum fecit. Or. Omnipotens. ut in loco. & S. Telephori Pap. M.

Die v. Januarij.

S. Telephori Papæ & Mart: Commemoratio in Laud. Oratio II. de Comuni. Deus, qui nos beati Telephori.

Die xj. Januarij

S. Hygini Papæ & Martyris. Commemoratio in Vesperis & Laud. de Comuni. Or. I. Infirmiorem.

Die xij. Januarij.

S. Benedicti Abbatis Anglie Commem. in Vesp. & Laud. de Comuni. Oratio.

DEus, cujus virtute beatus Benedictus Confessor tuus contra mundi illécebras viriliter decertavit in terris * cōcede propitius; * ut ejus exempla sectantes, cum ipso coronari mereamur in calis. Per Dominica ij. post Epiph.

FESTUM SS. NOMINIS JESU. duplex ij. classis.

✠ Si hęc Festum occurrat in Dom. Septuages. transferatur in diem xxvij. Jan. de Officio vero Dom. II. post Epiph. anticipative fit Sabb. preced.

Ad Vesperas Antiphona



Om nis, qui invocaverit nomen Domini

Bb. 5

salvus erit. *7. Dixit Dominus.*

Sanctum & terribile nomen

ejus: initium sapientia timor

Domini. *A. Confitebor.*

Ego autem in Domino gaude

bo, & exultabo in Deo Jesu meo.

4. Beatus vir.

A solis ortu usque ad occa su

lau da bile no men Do-

mini. *5. Laudate pueri. Philip. 2.*

Capitulum. *Philip. 2.*

Fratres, Christus humiliâ-

vit semetipsum factus obé-

diens usque ad mortem, mortem

autem Crucis. Propter quod &

Deus exaltâvit illum, & donâvit

illi Nomen, quod est super omne

nomen: ut in Nómine JESU om-

ne genu flectatur.

Respons. brevè.

Adjutorium nostrum in nomi-

ne Domini. *** Alleluja, alleluja.**

*** Qui fecit cælum & terram. Gl.**

Post Septuagesimam. **A**djutorium nostrum *** in**

nomine Domini. *** Qui fecit cæ-**

lum & terram. **Gl. Hymnus**

JESU dulcis memoria,

Dans vera cordis gaudia,

Sed super mel & omnia

Ejus dulcis præsentia.

Nil canitur suavius,

Auditur nil jucundius:

Nil cogitatur dulcius,

Quàm Jesus Dei Filius.

Jesu spes penitentibus,

Quàm pius es petentibus!

Quàm bonus es querentibus!

Sed quid inveniētibz:

Nec lingua valet dicere,

Nec littera exprimere:

Expertus potest credere,

Quid sit Jesum diligere.

Sis Jesu nostrum gaudium,

Qui es futurus præmiū:

Sit noſtra in te gloria
Per cuncta ſemper ſæcula.

V. Sit Nomen Dómini benedic-
tum, alleluja. **R.** Ex hoc nunc,
& uſque in ſæculum, alleluja.

Ad Magnificat Añã.

Fecit mihi magna ¶ qui po-
tens eſt, & ſanctum no men
e jus, alle luja. ∞.

Oratio.

Deus, qui Unigénitum Fili-
um tuum conſtituiſti hu-
mani generis Salvatorem, &
JESUM vocari juſſiſti: * concé-
de propitius; * ut cujus ſanctū
Nomen venerámur in terris, e-
jus quoque aspectu perfruá-
mur in cælis. Per eundem Dñm.
*Dein fit Comem. Dom. ij. poſt Epiphaniã.
In Comple. & per Horas in fine Hymnor:
dicitur: Gloria... Qui natus es de Virgine &c*

Ad Laudes & Horas Añã

Oleum effuſum ¶ Nomen tu-
um; ideò adoleſcèntula di-
lexèr ut te nimis. *Pf. Dñs regnavit.*

Scitòte, ¶ qui Dóminus ipſe eſt
Deus, cujus Nomen in æternum.

Sitívit ¶ ánima mea ad Nomen
ſanctum tuum Dómine.

Benedictum Nomen tgloria-
tux ſanctum & laudábile, &
ſuperexaltatum in ſæcula.

Juvenes & vírgines ¶ ſenes cū
junioribus laudáte Nomen

Dómini, quia exaltatum eſt
Nomen ejus ſolius.

Capituli. Fratres Chriſtus humiliavit. ſuprà.

R. br. Sit Nomen Domini benedic-
tum, * Alleluja, alleluja. **V.**
Ex hoc nunc, & uſque in ſæcu-
lum. all: Gloria Patri. &c.

Hymnus.

JESU decus Angélicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cálicum.

Qui te guſtant, eſturiunt
Qui bibunt, adhuc ſitiunt
Deſiderare neſciunt
Niſi Jeſum, quem diligunt.

Jeſu mi dulciſſime
Spes ſuſpirantis ánima;
Te quærunt pia lácrymæ
Te clamor mentis íntimæ

Mane nobiſcum Dómine
Et nos illuſtra lumine
Pulſa mentis caligine
Mundū replens dulcédine.

JESU flos Matris Virginitatis
Amor noſtræ dulcédinis
Tibi laus, honor Nóminis
Regnum beatitudinis. Amen.

V. Adjuutoriū noſtrum in Nó-
mine Dómini, alleluja. **R.** Qui fe-
cit cælum & terram, alleluja.

Ad Benedictus Añã.

Dedit ſe, ¶ ut liberáret pópulū,
& acquireret ſibi Nomen æter-
num, alleluja. *Oratio ut ſuprà.*

Dein fit Comem. Dominæ.

Ad Tertiam.

Antiphona. Scitote.

Capitulum. Fratres Christus humiliavit.
V. Sit nomen Domini benedictum,
 alleluja. **R.** Ex hoc nunc, & usque
 in seculum, alleluja.

Ad Sextam.

Antiphona. Sitivit.
Capitulum.

IN NOME JESU omne genu
 flectatur caelestium, terrestri-
 um & infernorum, & omnis
 lingua confiteatur, quia Dñs
 Jesus Christus in gloria est Dei
 Patris.

V. Afferte Dño gloriam & hono-
 rem, alleluja. **R.** Afferte Dño glo-
 riam Nōmini ejus, alleluja.

Ad Nonam.

Antiphona. Juvenes & virgines *Col. 3.*
Capitulum.

OMNE quodcūque facitis
 in verbo, aut in opere, om-
 nia in Nōmine Dñi Jesu Christi
 facite, grātas agentes Deo, &
 Patri per ipsum.

V. Magnificāte Dominum me-
 cum, alleluja. **R.** Et exaltēmus
 Nomen ejus in idipsum, alleluja.

Ad Vesperas.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentē

Ad Magnificat Ant.

Vocabis in nomine Jesum:

ipse enim salvum faciet

populum suum a peccatis e-

orum, alleluja. *fit Commem. Dominice.*

Ad Processionem R. Juvenes. *inf. Epiph.*
per secundum textum. folio. 107.

Ad Missam.

IN nomine Jesu omne genu

flectatur caelestium, terrestriū

& infernorum: & omnis lingua

confiteatur, qui a Domino Jesus

Christus in gloria est Dei Patris.

Christus in gloria est Dei Patris.

Christus in gloria est Dei Patris.

Christus in gloria est Dei Patris.

Christus in gloria est Dei Patris.

Psalms.

Domine Dominus noster: quam admi-
 rabile est nomen tuū in universa terra. *III.*

Pro Graduali.

Alleluja alleluja.

Alleluja alleluja.

Laudem Domini loquetur os

meum, & benedi cat omnis

ca ro Nomen sanctum e -

jus allelu ja. **Post Septuagesima**

Ole um effusum Nomen tu

um Je su: i deo adolescen

tula dilexe runt te.

Offertorium.
Confitebor tibi Domine Deus meus,
 in toto corde meo: & glorifi ca bo

Nomen tuum in aeternum, quoniam
 tu Domine sua vis, & mitis es, & multa
 misericordiar omnibus invocan tibus te,

Communio.
 Alle lu ja.

Omnes gentes quascunque feci

sti venient & adorabunt cora

te Domine, & glorificabunt no

men tuum: quoniam magnus

es tu, & faciens mirabilia: tu

es Deus solus. Alle lu ja.

Die xiv. Januarij.

Schutteræ Anniversarij Depositionis
OFFONIS Regis Angliæ, Fundatoris di-
cti Monasterij. *Dicitur totum Officij
Defunctorum cum Missa soleanni de Re-
quiem. Et datur Stipendium pauperibus.*

S. PETRI URSEOLI**Confessoris duplex.***In Hymno. Meruit supremos.***Oratio.**

DEus, qui beatum Petrum
Venetorum Ducem cælesti
regno terrenum postponere do-
cuisi * da nobis, quæsumus ejus
intercessione & exemplo terre-
na despiceret, * atque æterna se-
ctari. Per Dominum.

*fit Com. S. Felicis Presbyr. & M. in Vesp. & Laud.***Oratio.**

Concede, quæsumus, omni-
potens Deus, * ut ad melio-
rem vitam Sanctorum tuorum
exempla nos provocent, * qua-
tenus, quorum solèmnia agimus,
etiam actus imitemur. Per Dñm.

*Missæ II. Os Just. &c. de Communi. fol. I.
Vesperæ de sequenti. com. S. Petri Urseoli.*

Die xv. Januarij.

S. MAURI ABBAT.**duplex ij. classis.***Omnia de Communi præter sequentia.***Oratio.**

DEus, qui beatum Maurum
ad imitandum Obedientiæ
exemplum, sicco pede super a-
quas ambulare fecisti: * concè-
de, ut & virtutum ipsius imple-
re documenta, * & præmiõrum
obtinere consortia mereamur.
Per Dominum.

*In II. Vesp. Comem. sequentis ut infra.***Ad Missam.**

IN mari via tua, & se-

mita tua in aquis multis, &
vestigia tua non cognoscent.

tur. deduxi sti sicut oves po-
pulum tuum.

Psalms.

Viderunt te aqua Deus, viderunt te
aqua: & timerunt & turbata sunt
abyssi. **I.**

Sequentia.

Miraculorum patrator. Benedi-

Cri imitator Maurus lumen Gallia

More solis Orientis, fert in plagas Occidentis
lucem sancta Regulae.

Undas olim velut Petrus jubente

Patre securus pedibus calcaverat

Fluctibus periclitantem Placidū & nau-
fragantem saluti reddiderat.

Talem Pater Monachorum mittit

ad regna Francorū præceptore gen-
tibus

Huic via Orientis Benedicti ascendens
fulget in caelestibus.

Quantos greges congregat Domino? ipsos

Reges regit consilio, & iuvat Pontifices.

Vita formam & virtutis docet, & viam
salutis: mentes firmat legibus.

Redit lumen cæcutientibus: sani-

tatem dat morientibus: longè fugat dæmo-
nes

Audit vocem creatura imperantis & na-
tura Mauri paret nutibus.

Pie Pater, rector morum, Apostole

Monachorum, tu memor discipulo-

rum: duc nos per calles Sanctorū ad
 calorū prēmia. **F**ac nos mundi cō-
 temptores, inferni triumphatores De-
 i veros amatores, ejusdemq; possessores
 per aeterna sacula, Amen. **A**leluja.

Ego ele- gi vos, & posui vos, ut
 ea tis & fructum afferatis, &
 fructus vester maneat: ut quod-
 cunque petieritis Patrem in no-
 mine meo, det vo bis.

Offertorium.

Aedificabuntur in te deserta saculo-
 rum: fundamen ta genera ti onis &
 genera tionis suscita bis: avertens
 semitas in quie tem. Et ciba bo
 te hereditate patris tu i.

Communio.

Die xvi. Januarij.

**S. MARCELLI PAPÆ
& Martyris.** Semidupl.

Oratio.

Preces pōpuli tui, quāsumus
 Dōmine, clementer exāudi.
 ut beāti Marcēlli Mārtyris tui
 atque Pontificis mēritis adju-
 vēmur, *cujus passiōe latāmur.
 Per Dōminum.

*Missa Statuit de Comuni f. xxij. prater
 Communione, quæ est: Domine quinq. f. 383.
 Vesperæ de sequenti commem. S. Marcellii.*

Die xvij. Januarij.

**S. ANTONII ABBA-
tis.** duplex.

Omnia de Comuni Abbat.
Vespera de sequent. comunem. ut infra.
Die xvij. Januarij.

CATHEDRA ROM.

S. Petri Apost. dupl. maj.

Omnia de Comuni Confess. Pontific.
præter ea, quæ sequuntur.

Ad Vesperas Hymnus.

Quodcunque vincis super
Gloria Patri perim.

terram strinxeris. Erit in ast
mensa factu la. Sittibi Na

gis religatum fortiter. Et quod
te decus & imperium. Ho nor

retolis in terris arbitrio, Erit
potestas, sanctoq; Spiritui: Sit tri

solutum super cæli radium. In
nitiati salus indi vidua. Per

fine mundi Judex eris sæculi.
infini ta sæculorū facula, amē.

x Tu es Petrus. **B.** Et super hanc
petram ædificabo Ecclesiā meā.

Ad Magnificat Añā.

Tu es Pastor ovium Princeps
Apostolorum: tibi traditæ sunt

claves regni cælorum. **A.**

Oratio.

Deus, qui beato Petro Apo
stolo tuo, collatis clavibus

regni cælestis, ligandi atq; sol
vendi Pontificium tradidisti. *****
concede, ***** ut intercessionis ejus
auxilio, à peccatorum nostrorū
nexusibus liberemur. Qui vivis &
regnas cum Deo Patre in unitate.

*Dein fit comem. S. Pauli ante alias quacun
que comem. festi Duplicis aut Dominica.
Quod & fervetur in comam. S. Petri, quæ fit in
festis S. Pauli.* **Antiphonā.**

Sancte Paule Apo stole præ
dicator veritatis & Doctor gen

tium: intercede pro nobis ad De

um, qui te elegit. **∞.**

x Tu es Vas electionis sancte Pau
le Apostole. **B.** Prædicator veri
tatis in universo mundo.

Oratio.

Deus, qui multitudinem gen
tium beati Pauli Apostoli
prædicatione docuisti. ***** da no
bis, quæsumus, ***** ut cujus Com
memorationem colimus, ejus
apud te patrocinia sentiāmus.

*Postea fit Comem. præcedentis. Hic vir. &c.
Tandem S. Prisca V.M. Veni sponsa. Specie.*

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens
Deus: ***** ut qui beata Prisca
Virginis & Martyris tuæ nata
litiā colimus, ***** & annuā solem
nitate latemur, & tantæ fidei pro
ficiāmus exemplo. Per Dñm.

Ad Laudes Hymnus.

Jam bone Pastor Petre clemens
accipe
Vota precantum: & peccati
vincula
Resolve, tibi potestate tradita
Qua cunctis celum verbo claudis
aperis.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas atque jubilatio,
In Unitate, cui manet imperium
Ex tunc & modo, per aeterna sa-
cula. Amen.

V Exaltem eum in Ecclesia ple-
bis. **R.** Et in cathedra seniorum
laudent eum.

Ad Benedictus Añã.

Quodcunque ligaveris super
terram, erit ligatum & in caelis:
& quodcunque solveris super ter-
ram, erit solutum & in caelis, di-
cit Dominus Simoni Petro.

*Oratio ut supra. com. S. Pauli ut supra.
& S. Petri V.M. simile est. Diffusa est. &c.
Oratio ut supra.*

*In Vesperis omnia ut in L. Vesperis, praeter An-
tiph. ad Magnificat, quae est: Dum esset summus
Pontifex. de Com. Conf. Pontif. Postea fit comen-
S. Pauli ut supra, & sequentis, ac SS. Marij & Soc
MM. ut infra.*

Ad Missam.

Introitus: Statuit ei. folio xliij.

Pro Graduali

Alleluja, alleluja. **T**ues

Pe trus & super hanc pe-

tram aedifica bo Eccle-

fiam me am. alla. **Post. Sep-
tuages.**
Tract.

Tu es Pe trus & super hanc

petram aedifica bo Ecclesi-

am me am.

Offertorium.

Tu es Pet rus, & super hanc petram
aedificabo Ecclesiam meam: & por-
tae in feri non praevalent adversus
eam: & tibi dabo claves regni caelo rum.

Communio.

Tues Petrus, & super hanc
petram ædificabo Eccle-
siam meam.

Die xix. Januarij.

S. AGATHONIS PA-
PÆ & Confessoris duplex.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

Patent aures misericor-
diæ tuæ, Domine, precibus
supplicantium: & continuis
tribulationibus laborantes,
intercedente beato Agathone
Confessore tuo, atque Pontifice
propitius respirare concede.
Per Dominum.

Pro Commemor. Ss. Marij & Sociorum Mm.
in Laudibus & Vesperis.

Oratio.

Exaudi Domine populum
tuum cum Sanctorum tu-
orum patrocinio supplican-
tem: ut & temporalis vita nos
tribuas pace gaudere, & æter-
na reperire subsidium. Per
Dominum.

Vespera de sequenti. commemor. præcedent.
Missæ Sacerdotes. folio. xliij.

Die xx. Januarij.

IN FESTO SS. FABI-
ANI & Sebastiani Mm. dup. maj.

Oratio.

Infirmi-
tatem nostram respi-
ce omnipotens Deus: & qui
a pondus propria actionis gra-
vat, beatorum Martyrum Fa-
biani & Sebastiani intercessio
gloriosa nos protegat. Per Dom.

In Vesperis commemor. seq. ut infra
Fit Schuttera Processio Votiva. de Comuni

Ad Missam.

Introitus. Intret. fol. xxxij.
Pro Graduali.

Alleluja alleluja.

Sancti tui Domine bene-

dicent te: gloriam regni tu-

i dicent alleluja.

Post Septuages. Tr. Qui seminant. f. xxxij.
In Missa Conventuali dicitur Credo Offert.

Lata mihi in Domino & exulta-
te iusti, & gloria mihi omnes

Cc.2.

rec ti cor de.

Multitudo languentium & qui vexabantur à spiritibus imundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat & sanabat omnes.

Die xxj. Januarij.

S. MEINRADI MARTYRIS. duplex.

Oratio. III. de Com. Præsta quasumus. ut qui
Missa In Virtute. folio. xxvj.
In Vesperis commemoratio sequentis.

Die xxij. Januarij.

SS. VINCENTII ET ANASTASII MARTYRUM. Semid. Oratio.

Adesto Domine supplicatio-
 nibus nostris: * ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus; * beatorum Martyrum tuorum Vincentij & Anastasij intercessione liberemur Per Dominum.

*Missa Intret. de Comuni.***Communio**

Vesperæ de sequenti, com. præced. & S. Emerentianæ V. & M. Oratio. Indulgentiam.
Die xxij. Januarij.

DESPONSATIO B.V. Mariæ. duplex majus.

Omnia ut supra in festo Imæ. Concept. mutato Nomine Conceptionis. in Desponsationis Nomen.
In Laudibus fit Comem. S. Emerentianæ.
In Missa ut ibi post Septuages. cantatur Tract. Gaude Maria Virgo folio vj.
In Vesperis commemor. sequentis.

Die xxjv. Januarij.

S. TIMOTHEI EPISCOPI & MARTYRIS. Semidup.

Omnia de Comuni Pontif. Mart. I. loco.
Vesp. de sequenti comem. ut infra.

Die xxv. Januarij.

CONVERSIO S. PAULI APOSTOLI. duplex maj.*Ad Vesperas.*

Antiph. Ego plantavi. ex Laudibus infra.
Psalmi de Dominica.
Capitulum.

Actoꝝ.

Saulus adhuc spirans minasrum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset hujus viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.

R. breve. de Comuni Apostolorum. Hymn
Doctor egregie vide infra folio. 491.

V. Tu es vas electionis sancte Pauli Apostole. R. Prædicator veritatis in universo mundo.

Ad Magnificat Antiph.

Vade Anania + & quare Saulum; ecce enim orat: quia vas e-

lectionis est mihi, ut portet no-
men meum coram gentibus &
regibus & filiis Israël. 7.

Oratio.

Deus, qui univēsum mundū
beati Pauli Apōstoli prædi-
catione docuisti: * da nobis qua-
sumus: * ut cujus Conversionē
colimus, per ejus ad te exempla
gradiamur. Per Dōminum.

Commem. S. Petri Apōst. Tu es Pastor. Tu es
Petrus. et Oratio ut supra folio. 411.
Dein S. Timothei. Ep. & Mart.

Ad Laudes & Horas Anā

Ego plantavi, † Apollo riga-
vit, Deus autem incrementū
dedit.

In Festa Com. S. Pauli adde Alleluja. ∞.

Libenter gloriabor † in infir-
mitatibus meis, ut inhabitet
in me virtus Christi. ∞.

Gratia Dei † in me vacua non fu-
it, sed gratia ejus semper in

me manet. 7.

Antiph. † Damasci † præpositi gen-
tis Arēta regis voluit me compre-
hendere: à fratribus per murum
demissus sum in sporta: & sic evā-
si manus ejus in nōmine Dōmini.

Ter virgis † cæsus sum, semel la-
pidatus sum: ter naufragium per-
tuli pro Christi nomine. ∞.

Capitul. Saulus adhuc. ut supra.
Et Breve & Hymnus de Communi Apōst.
7. Tu es vas. &c. supra ex Vesperis.

Ad Benedictus Anā

Vos, qui secuti testis me, sedēbi-
tis super sedes, judicantes duode-
cim tribus Israël, dicit Dōminus.
Oratio ut supra. Postea fit Commem. S. Petri
Apōst. Ant. 7. & Or. ut dicitur in Vesp.

Ad Tertiam

Antiph. Libenter gloriabor.
Capitulū. Saulus adhuc spirans. supra.
7. In omnem terram.

Ad Sextam.

Antiph. Gratia Dei. Actory.
Capitulum. **S**urrēxit autem Saulus de ter-
ra, apertisque oculis nihil vi-
debat. Ad manus autem illum
trahentes introduxerunt Da-
mascum. Et erat ibi tribus di-
ebus non videns, & non man-
ducavit neque bibit.

7. Constitues eos.

Ad Nonam.

Antiph. Ter virgis. Actory.
Capitulum.

S Paulus autem multo magis
convalescēbat & confunde-
bat Judæos, qui habitabant Da-
másci, affirmans, quóniam hic
est Christus.

x. Nimis honorati sunt.

Ad Vesperas.

Antiph. Ego plantavi ex Laudibus. Psalmi
de Communi Apost. Capitulum. & br. Hymnus
& v. ut in I. Vesp. ad Magnif. Ant. Sancte Pau-
le Apostole. ut supra fol. 411.
Deum fit Com. S. Petri, ut in I. Vesp. et sequentis.

Ad Missam.

Sicuti cre didi & cer-
tus sum, quia potens est depositu-
meū servare in illū die justus iudex.

*Intro-
itus.*

tus sum, quia potens est depositu-
meū servare in illū die justus iudex.

tus sum, quia potens est depositu-
meū servare in illū die justus iudex.

Psalmus.

Domine probasti me, & cognovisti me: tu cog-
novisti sessionem meā, & resurrectionē meam.

Pro Graduali

Alle luja alle lu ja.

Magnus sanctus Paulus vas e-

lectio nis verè dignè est glori-

candus: qui & meruit thronū duo-

decimū posside re. al le lu ja.

Post Septuagesimam

Tu es vase electionis sancte Pau-

le Apostole verè dignè es glori-

fican dus.

Offertorium.

Mihi autem nimis

supra folio 381.

Comunio. Amen

dico vobis infra.

folio 11.

Die .xxvj. Januarij.

S. POLYCARPI EPIS.

Copi & Martyris Semid.

Omnia de communi II. loco.

Vespera de sequenti, commemorat. praecedentis.

Die xxvij.

Festa Januarij.

417

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI E. C. DOCT. duplex.

In Hymno. Meruit supremos
Ad Magnif. Ant. O Doctor optime.

Oratio.

Ecclēsiā tuā, quā sumus
Dōmine, grātia cālestis am-
plificet: * quā beāti Joānis
Chrysoſtomi Confessoris tui
atque Pontificis * illustrāre vo-
luisti glorioſis mēritis & doctri-
nis. Per Dōminum.

Missa. In medio. de Com. Doct. xlv.
Pro Graduali. Alla, alla. Beatus vir, qui sur-
fert. fol. 1. post Septuag. Tr. Beatus vir, qui time-
In Vesperis Comem. sequentis. Antiphona.

Stans a dextris ejus Agnus nive

candidior: Christus sibi Sponsā

& Martyrem consecravit.

Die xxvij. Januarij.

S. Agnetis secundō.

Ad Benedictus Antiphona.

Ecce, quod concupivi, t jam video
quod speravi jam teneo; ipsi sum
juncta in cālis, quem in terris pō-
sita tota devotiōe dilēxi.

* Diffusa est.

Oratio

Deus, qui nos ānua beātæ
Agnētis Virginis & Marty-
ris tuæ solemnitāte latificas: *
da quāsumus; ut quā venerā-
mur officio, * etiā piæ conver-
sationis sequāmur exemplo.
Per Dōminum.

Missa. Vultum tuum. Pro Grad. Alla, alla, Ad.

ducentur. Tr. Audi filia. fol. lx. Off. Diffusa. f. lxx.
Die xxix. Januarij.

S. FRANCISCI SALESII Episc. Confess. duplex.

In Hymno. Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui ad animārum salutē
beātum Franciscum Confessō.
rem tuam atque Pontificem, om-
nib; omnia factum esse voluisti: *
concede propitius; * ut charitātis
tuæ dulcedine perfusi, ejus di-
rigentibus mōnitis, ac suffragan-
tibus mēritis, aeterna gāudia con-
sequāmur. Per Dōminum.

Missa. Statuit. de Comuni.
Vespera à Capitulo de sequenti, comem. præc.
Die xxx. Januarij.

S. ADELELMI AB-

batis, duplex.

Oratio.

Deus, qui nos beāti Adelēmi
Abbātis præclaris virtūtum
exēmplis erudiri voluisti: * con-
cede propitius; * ut quod te do-
nante devotē promisimus, ejusdē
patrociniō fideliter adimplēre
valeāmus. Per Dōminum.

Missa. Os justī. de Comuni Abbat. xljx.
Vespera à Capitulo de seq. * Meruit suprē-
mos. commemoratio præcedentis.

Die xxxj. Januarij.

S. PETRI NOLASCI

Confessoris duplex.

Oratio.

Deus, qui in tuæ charitātis e-
xēmplum ad fideliū re-
demptionem sanctum Petrum
Confessōrem Ecclēsiā tuā

Cc. 4.

novâ prole facundâre divinitus
docuisti. * ipsius nobis intercessi-
one concede, * à peccâti servitu-
te solutis in cælesti patria perpé-
tua libertate gaudere. Qui vi-
vis & regnas.

Missa. Justus ut palma. *de Comuni.*
In Vesperis commemoratio sequentis.

FESTA FEBRUARIJ

Die j. Februarij.

S. IGNATII EPISCO- pi & Martyris. semid.

Oratio. Infirmi-
tatem. *de Com.*
Vespera de sequenti sine commemoratione.

Ad Missam Introitus.

Mihi autem absit gloria ri-
si in cruce Domini nostri Jesu

nisi in cruce Domini nostri Jesu

Christi, per quem mihi mundus

crucifixus est, & ego mun-
do.

Psalmus.

Memento Domine David: & omnis man-
suetudinis e jus. *II.*

*Pro Gra-
duali.*

Allelu ja, allelu ja.

Chri sto confi xus sum cruce

vivo ego, jam non e go vi vit

verò in me Christus, Alle-

lu ja.

Post Septuag. Tr.
Desiderium animæ.
fol. xxxiv.

Offertorium. *Glogia*
& honore. *fol. xxvij.*

Communio.

Frumentum Christi sum, den-

tibus bestiarum mo-
lar, ut

panis mun-
dus inve-
niar.

DIE II. FEBRUARII.
IN FESTO PURIFICATION.

B. M A R I Æ V.

Duplex II. Classis.

Ad Vesperas.

Antiphona. **O** admirabile commercium.
ut in Festo Circumcisionis D. fol. 102. Psalmi
ut in Comuni de B. M. V.

Capitulum.

Malach. 3.

Ecce ego mitto Angelum
meum, & preparabit
viam ante faciem me-
am. Et statim veniet
ad Templum sanctum
suum Dominator, quem vos
queritis, & Angelus testamen-
ti, quem vos vultis.

Responsor. br. & Hymnus de Comuni

R. Responsum accepit Simeon
à Spiritu sancto. **R.** Non visurum
se mortem, nisi videret Chri-
stum Domini.

Ad Magnificat Añã.

Senex Puerum porta bat.
Puer autem senem regebat:
quem Virgo peperit, & post Par-
tum Virgo permansit: ipsum,
quæ genuit adoravit. *A.*

Oratio.

Omnipotens sempiternus De-
us, Majestatem tuam sup-
plices exoramus: * ut sicut U-
nigenitus Filius tuus hodiér-
na die cum nostra carnis sub-
stantia in Templo est præsen-
tatus; * ita nos facias purifica-
tis tibi mentibus præsentari. Per
eundem Dominum.

Ad Laudes Antiph.

Simeon justus † & timoratus
expectabat redemptionem Isra-
el, & Spiritus sanctus erat in eo. 3.

Responsum accepit † Simeon,
à Spiritu sancto, non visurum se
mortem, nisi videret Dñum. 3.

Accipiens Simeon † Puerum in
manibus gratias agens bene-

Cc. 5.

dixit Dominum. 3.

Lumen ad revelationem gen-

tium: & gloriam plebis tuæ

Israel. 7.

Obtulerunt pro eo Dominus par-

turturum, aut duos pullos co-

lubarum. 0. *Capitulum. Ecce ego, vide supra. Hym. & v. de som.*

Ad Benedictiō Anā.

Cum inducerent Puerum Je-

sum Parentes eius, accepit e-

um. Si meon in ulnas suas,

& benedixit Deum dicens: Nunc

dimittis servū tuū in pace. 1.

Oratio. Omnipotens. ut supra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Responsum accepit.
Capitulum. Ecce ego mitto supra.
Specie tua. &c.

Ad Sextam.

Antiphona. Accipiens Simeon
Capitulum. *Malach. 1.*
Ecce veniet, dicit Dominus

exercituum: & quis poterit cogitare diem adventus eius? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.

Ad Nonam.

Antiph. Obtulerunt. *Malach. 3.*
Capitulum.

Et placebit Domino sacrificium Juda & Jerusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.

Ad Magnificat Anā.
In II. Vesperis Antiph. Simeon iustus. cū reliq. de Laud. Psalmi, Capitulum, B. br. Hymn. & v. ut supra in I. Vesperis.

Hodie beata Virgo Maria

Puerum Jesum præsentavit

in templo, & Simeon repletus

Spiritu sancto accepit eum

in ulnas suas, & benedixit

Deum in æternum. 0.

Oratio ut supra.
Dein fit Commem. S. Blasij E. M. ut infra.
Hodie id est, ij Februarij, etiam transiteratur fest. Purificat. post Completorium & deinceps cantatur Anā Ave Regina. usque ad fer. V. Coena D. exclusive.

In Benedictiōe & Distrib. Candelar.
Sacerdos indutus pluviali violaceo benedicit Candelas in Cornu Epistolæ positas per V. Orationes. Et asperfis & Incensis ijs, distribuit primò digniori, à quo ipse stans prius acceperat, dein Diacono & Subdiac. tū Clero, tandē laicis omnigenus lect. & manū osculantib. Choro canente.

Lumen ad revelationem senti-
um & gloriam plebis tuæ Israël.
Canticum Simeonis.

Nunc dimittis servū tuū Dne. *
secundū verbum tuum in pace
*Deinde reperitur tota Antiphona Lumen. &c.
supra. & sic post quemlibet Versum sequentem.*

Quia viderunt oculi mei * salu-
tare tuum. *Lumen.*

Quod parasti ante faciē * om-
nium populōrum. *Lumen.*

Gloria Patri & Filio & Spiritui
sancto. *Lumen.* Sicut erat &c. *Lumē.*
*Dein dicta adhuc una Oratione à Celebrante
& posito Incento in Thuribulum, Diaconus ver-
tens se ad populum cantat:*

Procedamus in pace. *Respondet
Chorus.*

In Nomine Christi, Amen.
Tum fit Processio cum Candelis accensis.

Ad Processionem.

Adorna thalamum tuum Si-

on, & suscipe Regem Christū: am-
plexare Mariam, quæ est ca-
lestis porta: ipsa enim portat Re-
gem gloriæ noviluminis. Subli-

stit Virgo adducens manibus Fili- minū eum esse vitæ & mortis
 um ante luciferum genitū. quē & Salvatorem mundi. Obtulerūt
 accipiens Simeon in ulnas su- pro eo Domino par turturū aut
 as predicavit po pulis Do- duos pullos columbarum. **Sicut**

Scriptum est in lege Domini.

X Postquam impleti sunt dies Purificati-
onis Mariæ secundum legem Moyfi, tulle-
runt Jesum in Jerusalem, ut sifterent eum

Do mino. *sicut.*

Ad Missam.

S **Introitus.**
Uisce pimus De us mi-

sericordiam tuam in medio tem-
pli tu i secundū nomen tuū
Deus: ita & laustu a in finester

ra: justitia plena est dextera tu a.

Psalms.

Magnus Dominus & lau dabilis nimis:
in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. **J.**

Pro Graduali.

Alle luja al le lu ja. **S**e-
nex pu erum porta-
bat, puer au tem se nem rege-
bar. alle lu ja.

Post Septuages. Tr.

Nunc dimittis servum tuū Do-
mine secundū verbum tur-

um in pa ce. Quia viderunt oculi

me i saluta re tu um.

Offertor. Diffusa est. fol. lxx.

Communio.

Responsum accepit Simeon a Spi

ritu san cto non visurum le mor

tem, nisi videret Christu Domini.

*Si predictu festu Purificat. venerit in Do-
minicam Septuagesimæ vel aliam sequentē,
Ipsu festu cum Missa transfertur in aliam
diem non impediram, Processio vesò cū can-
delis fit ipsa die Dominica, ut supra.*

Die iij. Februarij.

**S. BLASIJ EPISC
& Martyris duplex.**

*Omnia de Comuni Martyr. // loco.
In Vesperis à Capitulo de sequenti. Meruit su-
premos. commemoratio præcedentis.*

Die jr. Februarij.

**S. ANDREÆ COR-
fini Episc. Conf. duplex.**

Oratio.

DEus, qui in Ecclesia tua,

nova semper instauras exempla
virtutum: * da pópulo tuo, be-
ati Andréæ Confessoris tui, at-
que Pontificis, ita sequi vestigi-
a, * ut assequatur & præmia
Per Dóminum.

*Missæ Statuit. de comuni fol. xliij.
In Vesp. à Capitulo de sequenti. ut infra, cō-
memoratio præced. &*

*Post diem Cinerum [quæ ante IV. Februarij
cadere non potest] tam in Vesperis quam in
Laudibus per totam Quadragesimam fit com-
Feria: ante Comem. Simplicium.*

Die v. Februarij.

**S. AGATHÆ VIR-
ginis & Martyr: duplex.**

*Si hoc Festum contingat habere integras I.
Vesperas. Antiphonæ erunt de Laudibus, &
Psalmi de Dominica.*

*Capitulum. Confitebor tibi Domine. cū
reliquis Capitulis pro hoc festo ponendis ut
infra fol. lv. reliqua. ut in comuni præter se-
quentia.*

Ad Magnificat Añã.

Stans beata Agatha in me

dio carceris expansis mani-
bus o ra bar ad Dominu: Do

mine Jesu Christe, magister bo-
ne, gra tias tibi ago, qui me fe-

cisti vin cere tormenta carni-

ficum: jube me Do mine
ad tuam imarcescibilem glo!

riam feliciter pervenire. *℟.*

Oratio de Communi I. loco. commemorat S. Andreae. ut supra.

Ad Laudes Antiph.

Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi: nihil in me dubites filia. *7.*

Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat universa. *℟.*

Gratias tibi ago Domine Jesu Christe, quia memores mei, & misisti ad me Apostolum tuum curare vulnera mea. *7.*

Antiph. IV. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi: quia

per Apostolum tuum mamillam meam meo pectore restituiisti.

Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mamillam meam meo pectore restituere: ipsum in voce Deum vivum. *7.*

Ad Benedictus Antiph.

Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem: ut comprobaret Dominus, quod a periculis incendij meritis beatae Agathae martyris suae eos liberaret. *Oratio I. de Communi.*

Ad Horas Antiph. ex Laudibus.

In Vesperis Antiph. Quis es tu cum reliquis? ex Laudibus. Psalmi Dicit Dominus. Beatus vir. Laudate pueri. Nisi Dominus. à Capitulo de S. Odilone Abb. omni. de Commem. Meruit supremos. comem. S. Agathae. Antiph. Stans beata Agatha. ut in j. Vesp. Dein fit Comem. S. Dorotheae V.M. Oratio Indulgentiam. de Communi II. loco.

Ad Missam.

Graudeamus omnes in Domino. *Introitus.*

mino diem festum celebrantes sub honore beatae Agathae.

Vir ginis & Martyris, de cuius pas-

fio ne gaudēt An - geli

& collau dant Fi lium

De i.

Psalmus.

Eructavit cor meum verbum bonum: di-

co ego opera mea a Regi. **I.**

Alle luja, al le lu-

ja. **L**o quebar de testimonijs

tu is in conspectu re gi &

non confunde bar, al le luja

Post Septuag: Tr. Qui feminant. **sc. ccc. xiv.**
Offertorium.

Afferentur Regi virgines posteam:
pro ximæ eius afferentur ti bi.

Communio.

Qui me dignatus est ab omni pla-

ga cura re & mamillam mea

meo pectori restituere: ipsu in-

voco Deum vi vum.

Die vj. Februarij.

S. ODILONIS
Abbatis, duplex.

Omnia de Comuni Abbatum. in Laud: comem. S. Dorotheæ VM.
In Vesperis à Cap. de seq. Meruit supremos. comem. præced. per Oration. Deus, qui nos beati Odilonis Abbatis annua.

Die vij. Februarij.

S. ROMUALDI
Abbatis, duplex.

Omnia de Comuni Abbatum.
In Vesperis à Capit. de seq. Meruit supremos. comem. præcedentis.

Die viij. Februarij.

S. JOANNIS DE
Matha C. duplex.

Oratio.

DEus, qui per sanctum Jo-
dannem Confessorem Or-
dinem sanctissimæ Trinita-
tis ad redimendū de potestate
Saracenorum captivos cæli-
tus institūere dignatus es: *

præsta, quæsumus: * ut ejus suf-
fragantibus meritis à captivi-
tate corporis & animæ te adju-
vante liberemur. Per Dominū.

Missæ Os justī. de Comuni.
In Vesperis à Capit. de seq. comem: preced.
Die jxx. Februarij.

S. APOLLONIÆ
Virginis & Mart. duplex.

Omnia de Comuni Virg. I. loco.
Vesperæ solennes de sequenti, comem. præc.

DIE X. FEBRUARII.

IN FESTO S. SCHOLASTICÆ
VIRGINIS.

Duplex II. classis.

Omnia de Comuni præter sequentia.
In utrifque Vesperis.

V. Quæ est ista, quæ ut nubes
volat? **Rc.** Et quasi columba
ad fenestras suas.

Ad Magnificat Añā.

Dedit mihi Dominus pen-
nas sicut columbæ: volabo,
& requiescam. *o.*

Oratio.

DEus, qui animam
beatæ Virginis tu-
æ Scholasticæ ado-
stendendam inno-
cenciæ suæ viam
in columbæ specie cælum pe-
netrâre fecisti: * da nobis ejus
meritis & præcibus ita inno-

center vivere, * ut ad æterna
mereamur gaudia pervenire.
Per Dominum nostrum.

In Laudibus.

V. Ecce tu pulchra es amica mea.
Rc. Ecce tu pulchra es, oculi tui
columbarum.

Ad Benedictus Añā.

Surget propera amica mea, co-
lumba mea, formosa mea: veni
& accipe coronam, quam tibi
Dñs præparavit in æternum.

In II. Vesp. comem seq. Or. de comuni II. loc.

Ad Missâ Introitū.

Sur ge propera amica me-
a, columba mea, & ve ni

Dd.i.

jamenim hyems transijt, imber
 a hijt & recel sit.

Psalmus.
 Quis dabit mihi pennas sicut colum-
 ba? & volabo & requiescam. **V.**

Sequentia.
Emicat meridies & beata requies
 Virgini Scholastica **Q**uantis cū gemiti-
 bus, cordis & ardorib; hac dilectū quæsiit.

Intrat in cubicula sponsi petiit oscula:
 quæ amavit unice. **M**ovit caelos lacrymis
 imbribusq; plurimis pectus Fratris mollit.

Ograta colloquia, cum caelorum
 ria. a men **A**lle lu ja.

gaudia Benedictus explicat!
Ardent desideria, mentis & suspiria
 Virgo Sponsus excitat.
Veni formosissima Sponsa dilectissi-
 ma, veni corona beris.

Dormies in lijs, afflues delitijs, &
 inebria beris.
Ocolumba virginū, quæ de ripis flumi-
 num adis aulam gloria. Trahe nos odori-
 bus, pascet & uberibus, immortalis glo-
 ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

gaudia Benedictus explicat!
Ardent desideria, mentis & suspiria
 Virgo Sponsus excitat.
Veni formosissima Sponsa dilectissi-
 ma, veni corona beris.

Dormies in lijs, afflues delitijs, &
 inebria beris.
Ocolumba virginū, quæ de ripis flumi-
 num adis aulam gloria. Trahe nos odori-
 bus, pascet & uberibus, immortalis glo-
 ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

ria. a men **A**lle lu ja.

Offertorium.

Into nuit Dominus de caelo, & Altissimus dedit vocem suam; grando & carbones ignis: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos: & appaerunt fontes aquarum.

Comunio.

Secunda Sept. Al leluja.
Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quocumque volueritis petetis, & fiet vobis, dicit Dominus.

Si hoc festum venerit in feria iv. Cinerum, transfertur in proximam diem non impeditam. Si dies Octava venerit in die Cinerum nil fit de illa neque commemoratio, sed terminatur Octava post Nonam feriae iij. precedent. Si infra Octava incidat dies Cinerum, nil fit de Octava tam in Missa quam in Laudibus, sed omnia fiunt de feria, cum solitis precibus.

& Psalmis Grad. In Vesperis vero resumatur Officium de Octava S. Scholasticae, vel potius comem. ejusdem. & dein fit etiam comem. fer.

Die xx. Februarij.

S. PAULI I. EREMITAE Confessor. duplex.


In Hym: Meruit supremos. Orat. II. loco In Laud. fit comem. Octavae S. Scholasticae ut in ejus festo. In Vesp. à Cap. de seq. com. ut inf. In Missa Introitus. Justus ut palma. l.

Pro Graduali.

Alleluja alleluja. **J**ustus germinabit sicut lilium: & floreat in aeternum. **A**n te Dominum, alleluja.

Post Septuag. Tr. Beatus vir. f. xxv. Offertorium. In virtute. fol. l. j. Communio.

Latabitur justus in Domino, & sperabit in eo.



& laudabuntur omnes recti corde.

Die xij. Februarij.

**S. AGNETIS VIRG.
& Martyris, duplex.**

Si contingat hoc festū habere integras I. Vesp. An̄a erunt ex laud. Psalmi verò de Dom. Capitulum Confitebor. cum reliq. Capitulis pro hoc festo ponendis ut infra fol. lv. reliqua ut in Comuni præter sequentia.

Ad Magnificat An̄a.

Beata Agnes† in medio flam-
marū expansis manib⁹ orabat:
Te deprecor omnipotens, ado-
rande, colende Pater metuende,
quia per sanctū Filiū tu um eva-
si minas sacrilegi tyrāni & carnis
spurcitas immaculato calle tran-
sivi: & ecce ve nio ad te, quem
amavi, quem quæsi vi, quem
semper optavi. ∞.

Omnipotens sempiterne De⁹,
qui infirma mundi eligis,
ut fortia quæque confundas: *
concede propitius, ut qui beata
Agnētis Virginis & Mátyris
tuæ solēnnia colimus, * ejus a-
pud te patrocīnia sentiamus.
Per Dominum.

Deinde fit comem. præcedentis, & Octava S. Scholasticæ, tum [si in Quadragesima sit] de feria, ultimo S. Ludani C. de Com. III. loco.

Ad Laudes & Horas An̄a.

Ingressa Agnes turpitudi-
nis locum, Angelū Dñi præpa-
ratum invenit. 7.

Mecum enim habeo† custodē
corporis mei Angelum Do-
mini. 7.

Annulo suo† subarrhavit me
Domin⁹ me⁹ Jesu Christi, & tan-
quam sponsam decoravit me.
corona. 7.

Antiph. IV. Benedico te Pater Dō-
mini mei Jesu Christi, quia per

Filius tuus ignis extinctus est
à latere meo. *Cant. Benedicite.*

Congaudete mecum & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. *o.*

Ad Benedictus Añā.

Ecce! quod concupivi tunc video: quod speravi tunc teneo: ipse si sum iuncta in caelis, quae in terris posita, tota devotione dilexi

Oratio Omnipotens. ut supra. Comem. Oct. S. Scholasticae. & S. Ludami C. In Vesp. Añā ex laud. Psalmi Dixit Dominus. Beatus vir. Laudate pueri. Nisi Dominus. & à Capitulo de seq. Infra. comem. S. Agnetis.

Ad Magnificat Añā.

Stans beata Agnes in medio flammæ expansis manibus orabat ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende tremende, benedico te & glorifico nomen tuum in æternum. *o. a.*

** Diffusa Orat. ut sup. dein Com. Octavae. Ad Missam Intro: Me expectaverunt. fol. lvij. Tractus post Septuagesimam. Veni sponsa. & fol. lvij.*

Pro Graduali ante Sept.

Alleluja, alleluja.

Quinq; prudentes acciperunt oleum in vasculis suis

cum lampadibus. media autem nocte

clausa morfactus est: ecce sponsa venit, exite obviam Christo Domino.

alleluja.

alleluja.

alleluja.

Offertorium. Afferentur regi. fol. Communio Quinq; prudentes. fol.

Die xij. Februarij.

S. GREGORII II. PAPAE & CONFESSORIS. duplex.
In Hym. Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Gregorium Confessorem tuum, atque Pontificem, fidei defensorem & apostolicam sapientiam ac firmitatis exemplum in Ecclesia tua constituisti: * largire nobis quæsumus, ut omnia adversa pro nominis tui gloria humili corde sustinentes, * æternitatis gloriam consequamur. Per Dominum.

In laudibus fit comemor. Octava

In Vesperis à Capit. de seq. com. præc. Dum esset sumus. & Octava S. Scholastica, ac S. Valentini Presb. & Martyris ut infra.

Missa Statuit. de Comuni. fol. xliij.

Die xxvj. Februarij.

S. ILDEPHONSI E.
& Confessoris, duplex.

In Hym. Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui per gloriosissimam Filij tui Matrem beatum Ildephonsum Confessorem tuum atque Pontificem, misso de thesauris cælestibus munere decorasti: * concède propitius; * ut per ejus preces & merita munera capiamus æterna. Per eundem Dñm.

In laud. fit comem. Octava.

Dein pro Comemorazione S. Valentini Mart.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: * ut qui beati Valentini Martyris tui natalitia colimus; * à cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per Dominum.

Missa. In medio fol. xlv.

Vesp. à Cap. de seq. com. præc. & Oct. ac Ss. Faustini & Jovitzæ Mm. Or. de Com. III. loco.

Die xv. Februarij.

S. LAURENTII E.
& Confessoris, duplex.

In Hym. Meruit supremos. cætera de Comuni I. loco.

In laud. comem. Oct. ac Ss. Faustini & Jovitzæ Mm. ut supra dictum est.

Missa Statuit.

In Vesperis Comem. Octava.

Die xvj. Februarij.

SEPTIMA DIE IN-
fra Octav. S. Scholast. fem.

Omnia ut in Die.

Vesperæ Dupl. de Die Octava.

Die xvij. Februarij.

OCTAVA S. SCHOLASTICÆ VIRG. dupl.

Omnia ut in Die Festi.

In Vesp. à Capit. de seq. ut infra. com. præc. & S. Simeonis Episc. & Mart. Or. I. loco.

Die xvij. Februarij.

S. HELLADII E.
& Confessor. duplex.

Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Helladium ministrum concessisti: * præsta quæsumus, ut qui executor mandatorum tuorum extitit in terris; * intercessor noster semper esse dignetur in cælis. Per Dominum.

In laud. com. S. Simeonis E. M.

Missa. In medio. de comuni Doct. xlv.

In Vesperis comem. sequentis. Sacerdos &

Die xxix. Februarij.

S. HILARII EPIS-
Copi & Confessor. femid.

In Hym. Meruit supremos.

Omnia de Comuni Doctorum.

Vesperæ à Cap. de seq. comem. præced.

Si festum sequens venerit in Dominica, vel in

Die infra Octavam, omittitur, cum non possit transferri.

Die xx. Februarij.

S. CANUTI MARTYRIS Regis semid. ad libit.

Oratio.
DEus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam beatum Canutum Danorum Regem martirij palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: * concede propitius, ut sicut ipse dominicæ Passiõnis imitator fuerit: ita nos per ejus vestigia gradientes, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dominum.

Missæ. In virtute tua. de comuni fol. xxxij. In Vesperis à Capit. de seq. comem. præced.

Die xxxj. Februarij.

S. RAYMUNDI DE PENNAFORT CONF. semidup.

In Hym. Meruit supremos.
Oratio.
DEus, qui beatum Raymundum Pœnitentiæ Sacramenti insignem ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti: * concede, ut ejus intercessiõne dignos pœnitentiæ fructus facere, * & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Missæ. Os justi. II. loco. Vesp. de sequenti, comem. S. Pauli Ap. & præc.

Die xxij. Februarij.

**CATHEDRA ANTI-
OCHENA S. PETRI AP.** dup. maj.

Omnia ut supra in Cathed. Rom. xvij. Januar. omiffa commem. S. Priscæ. In Vesp. comem. S. Pauli Ap. & sequentis.

Die xxij. Februarij.

S. MARTINÆ VIRGINIS & MARTYRIS. semid.

Omnia de Comuni loco, præter seq. Hymos. Si contingat hoc festum habere integras Vesperas cantatur sequens Hym. in tono, quo Hym. f. xxxj. de com. Plur. Mart.

Hymus in Vesperis.

Martinæ celebri plaudite nomini
 Cives Romulei plaudite gloriæ
 Insignem meritis dicite Virginem
 Christi dicite Martyrem.

Hæc dum conspicuis orta parentibus
 Inter delicias, inter amabiles
 Luxus illécebras, ditibus affluit
 Faustæ munèribus domus.

Vitæ despiciens comoda dedit
 Se rerum Domino, & munifica manu
 Christi pauperibus distribuens opes,
 Quærit præmia cælitum.

* **A**nobis abigas lubrica gaudia,
 Tu, qui Martyribus dexter ades Deus
 Une & Trine, tuis da famulis jubar,
 Quo clemens animos beas. Amen.

Hymnus ad Laudes.

Tu natæ solum prætege tu bonæ
 Da pacis requiem Christiadû plagis
 Armorum strépitus & fera prælia
 In fines age Thracios.

Et Regum socians agmina sub Crucis
 Vexillo, Solymas nexibus excime
 Vindictæq; innocui sanguinis hosticum
 Robur funditus erue.

Tu nostrum cõlumen, tu decus inclytû
 Nostrarum obsequium respice mentium
 Romæ vota libens excipe, quæ pio
 Te ritu canit & colit.

* **A**nobis abigas. &c. supra.
Extra Quadragesimam in laud. fit comemor. Vigil. S. Martinæ Ap. Añã & x. ex Plair. Or. de com. folio viij. In Quadrag. verò de Vigil. nil fit nisi in Miss. Vesperæ de sequenti sine comem.

Die xxxiv. vel Anno Bissexili. xxv. Febr.

S. MATHIÆ APOSTOLI. Duplex ij. class.

Omnia de Comuni Apostolorum, præter seq. Oratio.

Dd.4.

DEus, qui beátum Mathiam. Apóstolòrum tuòrũ collégio sociasti: * tribue quæsumus; * ut ejus interventióne, tuæ circa nos semper viscera sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Ad Missam Introitus Mihi autem. fol. xxij.

Tractus. Desiderium. fol. xxjv.

Offertorium.



Comunio Vos, qui secuti. fol. xxij.

In Vesperis comemoratio sequentis.

Die xxv. vel xxvj. Februarij.

S. WALPURGIS V.
duplex.

Omnia de Comuni. III. loco.

Die xxvij. vel xxij. Februarij.

S. LEANDRI EPISC.
Confess. Doct. duplex.

Ad Magnif. Antiph. O Doctor optime.

Oratio.

DEus, qui Ariánam pravitatē beáti Leándri Confessòris tui atque Pontíficis doctrína, & méritis ab Hispánia repulisti: * da plebi tuæ; * ut ejus intercessióne ab omni erròrũ ac vitiorũ labe semper liberi conservémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Missa In medio. de Comuni fol. xlv.

In Vesperis ad Magn. O Doctor.

FESTA MARTII.

Die j. Martij.

S. RUDESINDI

Episc. Confess. duplex.

Oratio.

Ropitiare, quæsumus Dómine nobis famulis tuis per sancti Confessòris tui atque Pontíficis Rudesindi mérita gloriósa: * ut ejus pia intercessióne * ab omnibus semper protegámur adversis. Per Dom.

Missa Sacerdotes. de Com. fol. xliij.

In Vesperis à Capitulo de sequenti com. prec.

Die ij. Martij.

S. SUITBERTI

Episc. Confess. duplex.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

EXáudi, quæsumus Dómine preces nostras: * & intercedente beáto Suitbérto Confessòre tuo atque Pontífice; * supplicatiónes nostras placátus intende. Per Dóminum.

Missa Statuit. de Comm. fol. xliij.

In Vesperis à Cap. de seq. com. prec.

Die iij. Martij.

S. CHUNEGUNDIS
Virg. Imper. dupl.

Oratio.

DEus, qui beátæ Chunegundi Virgini tuæ terréna despícere & ad cæléstis impérij culmen anhelare tribuísti: * concede quæsumus, ut ejus imitatióne, calcáti mundi illecebris, *

ad gaudia æterna fecuri pervenire valeamus. Per Dominum.

*Missa Dilexisti. fol. lx.
In Vesper. comem. seq. & S. Lucij P.M. II. loc.*

Die vi. Martij.
S. CASIMIRI C.
semiduplex.

Oratio.

DEus, qui inter regales delicias, & mundi illecebras sanctum Casimirum virtute constantiæ roborasti: * quæsumus, ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, * & ad cælestia semper aspirent. Per Dominum.

In Laud. fit com. S. Lucij P.M. post com. ferias.

Missa Os justi. II. loc. fol. l.

Vespera de seq. com. preced. & ferias in Quad.

Die v. Martij.

S. ANSELMI AB.
batis, duplex.

In Hymno. Meruit supremos. cætera de com.

Die vij. Martij.

S. THOMÆ DE AQUINO Conf. Doct. duplex.

Ad Magnif. in utrisq. Vesper. Ana. O Doctor.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui mira eruditione clarificas; & sancta operatione foecundas: * da nobis quæsumus, & quæ docuit, intellectu conspice-re, * & quæ egit, imitatione complere. Per Dominum.

Post Feriã. fit comem. SS. MM. Perpetua & Felicitatis. In Vesp. & Laudibus

Antiph. Istârũ est enim regnũ cælorum, quæ contemplerunt

vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in Sanguine Agni.

Glória & honore coronasti eas Dñe. Et constituisti eas super opera manuum tuarum.

Oratio Da nobis quæsumus de Com. Virginũ IV. loco, fol. liij. omittis vocib; Virginum & Sociarum ejus. comem. earundem in Laud.

Missa In medio. fol. xlv.

In Vesperis à Capitulo de seq. com. preced.

Die viij. Martij.

S. VEREMUNDI AB.
batis, duplex.

Omnia de Comuni Abbatum.

In Vesperis à Capitulo de seq. com. preced.

Die ix. Martij.

S. FRANCISCÆ VI.
dua Romana, duplex.

Oratio.

DEus, qui beatam Franciscã famulam tuam inter cætera gratiæ tuæ dona familiari Angeli consuetudine decorasti: * concède quæsumus, * ut intercessiõnis ejus auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per Dominum.

Missa Cognovi. de Comuni fol. lxxvj.

In Vesperis comemoratio sequentis

Die x. Martij.

SS. QUADRAGINTA
Martyrum, semid.

Oratio.

Praesta quæsumus omnipotens Deus: * ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus, * pios apud te in nostra intercessione sentiãmus. Per Dominum.

Dd.s.

Vespera de seq. comem. preced. & feria.
ac S. Eulogij M. Qui odit. Justus. Or. III. loco.

Ad Missam.

Clamaverunt iusti & Do-

minus.

omnino exaudivit eos: & ex om-

nibus tribulationibus eorum

liberavit eos. *Post Pascha* **A**l-

leluja alleluja. II.

Psalmus

Benedicam Dominum in omni tempore.
semper laus ejus in ore meo.

Tractus. Qui seminant. fol. xxxvj. Offertor. Lata
mini. fol. 423.

Communio.

Quicumque fecerit voluntatem

Patris mei, qui in caelis est, ip-

se meus frater & soror & mater est
dicit Dominus.

Die xj. Martij.

S. VINCENTII AB-
batis & Martyr. duplex.
Oratio.

Preces populi tui, quas un-
g Domine clementer exaudi.*
ut beati Vincentij Martyris tui,
atq; Abbatis meritis adjuvemur,
cujus passione laetamur. Per Do-
minum nostrum.

In laud. com. fer. & S. Eulogij M. Iste Sanctus
Gloria & honore. Oratio ut supra dictum.

Missa In virtute. de comuni fol.

Vespera de sequenti O Doctor. com. prec. & fer.

Die xij. Martij.

S. GREGORIJ MAGN.
Papae Conf. Eccles. Doct.
Duplex maj. Oratio.

Deus, qui animae famuli,
tui Gregorij aeternae bea-
titudinis praemia contulisti.*
concede propitius; ut qui pecca-
torum nostrorum pondere pre-
mimur; ejus apud te precibus
sublevemur. Per Dominum.

In laud. comem. feria.

Ad Missam Introitus: Sacerdotes Dei.

fol. xxxv. Tractus. Beatus vir. fol. ibidem.

Offert. Veritas mea. fol. xxxvj. Communio.

Fidelis servus. fol. xliij.

In Vesperis comem. seq. & feria. sed si
sequatur Officiu Doloru B. M. V. Vespera integra
erunt de Dolor: cu Com. S. Gregorij & fer.

Feria VI. post Dom. Passionis.

OFFIC. DOLORUM

B. Mariæ V. dupl. maj.

Si hoc Officium occurrat cum alio festo I. vel II. class. transfertur in crastinū sabbatū non impeditū simili festo, & non ultra.

Si contingant hujus Officij vesperas I. vel II. concurrere cū festo Annuntiat. B. M. V. tunc nulla prorsus coem. fit de Off. Dolorum.

Ad Vesperas Antiph. Vadam. cum reliquis ex laud. Psalmi Credidi. fol. 42. Ad Dominū. f. 33. Eripe me. f. 48. Voce mea. f. 49.

Capitulum.

Isaie 53.

Quis credidit auditui nostro,
& brachium Domini cui
revelatum est? Et ascendet si-
cut virgultum coram eo, & sicut
radix de terra sitiēti.

Respons. breve.

Po fuit me * de solata. *xl* tota

die mœrore confecta. Gloria.

Hymnus.

Sabat Mater dolorosa,
Juxta Crucem lacrymosa,

Dum pendeat Filius.

Cujus animam gementem
Contristatā & dolentem
Pertransivit gladius.

Oquā tristes & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti.

Quæ mœrebat & dolēbat
Pia Mater dum vidēbat
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret
Matrē Christi si vidēret

In tanto supplicio.

Quis non posset contristari,
Matrem Christi contemplari
Dolentem cum Filio.

Pro peccatis suæ gentis
Vidit Jesum in tormentis
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriētem, desolatū
Dum emittit Spiritum.

Eja Mater fons amoris
Me sentire vim doloris
Fac ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum,
In amando Christū Deum
Ut sibi complaceam. Amen.

✠ Ora pro nobis Virgo doloro-
sissima. **R.** Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Magnificat Añā.

Tuam ipsius animam [ait ad
Mariam Simeon] pertransibit
gladius. 7.

Oratio.

DEus, in cujus passione se-
cundum Simeonis prophe-
tiam dulcissimam animam glo-
riosa Virginis & Matris Mariæ
doloris gladius pertransivit: *
concede propitius, ut qui Trans-
fixionem ejus & Passionem vene-
rando recolimus; * gloriosis mé-
ritis & precibus omnium Sancto-
rum Cruci fideliter assistentium interce-
dentibus, Passionis tuæ effectum
felicem consequamur. Qui vi-

vis & regnas cum Deo Patre. &c.

dein fit comemor. feriaz.

*In Completorio & alijs Horis in fine Hym-
dicatur Gloria... quia natus es de Virgine.*

Ad Laudes & Horas An̄a.

V Adam ad montem myr-

rhæ, & ad collem thuris. 6.

Dilectus meus † candidus & ru-

bicundus: coma capitis ejus si-

cut purpura regis vincta ca-

nalibus. 7.

Quo abiit † dilectus tuus, o

pulcherrima mulierū, quod dile-

ctus tuus declinavit? 4.

Antiph. IV. Fasciculus myrrhæ
dilectus meus, inter ubera me-

a commorabitur. *Benedicite.*

Fulcite me floribus † stipate

me malis, qui a a more

lan gueo. 5.

Capitulum ut supra. Quis credidit. ad Vesp.
R. breve. Deus, vitam meam *
annuntiavi tibi. **V.** Posuisti lacry-

mas meas in conspectu tuo.

Gloria Patri. Deus vitam.

Hymus.

Virgo virginum præclara,
Mihī jam non sis amara:
Fac me tecū plāngere.

Fac ut portem Christi mortem
Passiōnis fac confortem
Et plagas recōlere.

Fac me plagis vulnerari
Fac me Cruce inebriari
Et cruore Filij.

Flammis ne urar succensus
Per te Virgo sim defensus
In die judicij.

Christe, cum sit hinc exire
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.

Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradisi gloria. Amen.

V. Ora pro nobis Virgo doloro-
sissima. **R.** Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

Ad Benedictus An̄a.

Cum vidisset Jesus. &c. *vide inf:*
in II. Vesp. ad Magnif. Oratio Deus in
cujus. supra. Commem. feriaz.

Ad Tertiam.

Antiph. Dilectus meus.
Capitulum. Quis credidit. ut supra.

V. Facies mea intumuit à fletu.

R. Et palpebrae meae caligaverunt.

Ad Sextam.

Antiph. Quo abiit.
Capitulum.

In Ise vulneratus est propter i-
niquitates nostras, attritus
est propter scelera nostra: disci-
plina pacis nostrae super eū, &
livore ejus sanati sumus.

Isaia 53.

V. Deus vitam meam annuntiā
vi tibi. **R.** Posuisti lacrymas me
as in conspectu tuo.

Ad Nonam

Antiph. Fulcite me.
Capitulum.

Isaia 53.

Generationem eius quis e-
narrabit? quia abscissus
est de terra viventium: propter
scelus populi mei percussus eum.

V. Ora pro nobis Virgo dolorosif-
sima. **R.** Ut digni efficiamur
promissionibus Christi.

In II. Vesperis omnia ut supra in primis.

Ad Magnificat Añā.

Cum vidisset Jesus Matrē stan-
tem juxta Crucem, & discipu-
lum, quem diligebat, dicit Ma-
tri suae: mulier, ecce filius tu-
us. deinde dicit discipulo: ec-
ce Mater tua. 3.

Oratio ut supra. Comem. feria.

Ad Missam.

Ita bat juxta Crucē Jesu

**Intro-
itus.**

Matere jus & soror matris

e jus, Maria Cleophæ, & Salo-

me, & Maria Magdale ne.

Psalms.

Mulier, ecce filius tuus, dicit Jesus:

ad discipulū autē: Ecce Mater tu a. II.

Tractus.


Stabat sancta Maria cæli

Regina & mundi Domina, juxta


Crucē Domini nostri Jesu Christi

dolorosa. O vos omnes, qui

transitis per viam, attendite,



& vide te, si est dolor si -



cut do lor me us.

Offertorium.



Recordare Virgo Mater Dei, dū ste



teris in conspectu Domini, ut lo-




quaris pro nobis bona: & ut aver-




tas indignationē suā à no bis.


Communio.




Felices sen sus bea ta Maria







Virginis, quæ sine morte meru-



e runt martyrij pal mam



sub Cruce Do mini.



Die xiiij. Martij.

SS. RAMIRI ET SOCIORUM Martyr. duplex.

Omnia de Comuni Plur. Martyr. II. loco.

In laudibus comem. feria.

In Vesperis à Capit. de seq. comem. prac. & fer.

Die xjv. Martij.

S. JOANNIS DEI, Confessoris, duplex.

In Hym. Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Joannem tuo amore succensum inter flamas innoxium incedere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam novam prole fecundasti: * presta ipsius suffragantibus meritis * ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per Dñm.

In laud. comem. feria.

Missa Os just. secund. loco.

In Vesper. com. feria.

Die xvij. Martij.

S. GERTRUDIS NIVIGellen. Virginis. semid.

Oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, castorum corporum ac mentium conservator: * piis Ecclesiæ tuæ precibus adesse dignare, & intercedente beata Gertrude Virgine tua mentibus nostris pius illabere, * & spiritualis vitæ nobis tribue puritatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

In laud. comem. feria.

Missa de Comuni Virg. III. loco.

Vesperæ de sequenti comem. prac. & fer.

Die xvij. Martij.

S. GABRIELIS ARCH- angeli, duplex majus.

Ad Vesperas Antiph. Ingresso Zacharia
de laud. Psalmi de Dominica.

Post Pascha. Anis & xxx. adduntur Alleluja
Capitulum. Dan. 9.

ECce Vir Gabriel, quem vi-
deram in visione à princi-
pio, citò volans tetigit me in tem-
pore sacrificij vespertini, & docu-
it me, & locutus est mihi, & dixit:
Dániel, nunc egressus sum, ut
docerem te, & intelligeres.

Respons. br.

Ascendit fumus aromatum*

in conspectu Domini. ✠ De ma-

nu Angeli. ✠ *Tempore Paschali* Ascendit

fumus aromatum in conspe-

ctu Domini, Alleluja, alle-

luia. ✠ De manu Angeli. G

Hymnus.

CHriste sanctorū decus Angelorū

Rector humani generis & Auctor;

Nobis æternum tribue benignus

scandere cælum.

Angelus fortis Gabriel ut hostem
pellat antiquum, voleret ab alto
Sapius templum veniens ad istud
visere nostrum.

Hinc Dei nostri Génitrix Maria
Totus & nobis Chorus Angelorum
Semper assistat, simul & beata
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beata
Patris ac Nati, pariterque sancti
Spíritus, cujus réboat in omni
glória mundo.

✠ Stetit Angelus juxta aram
templi. ✠ Habens thuribulum
áureum in manu sua.

Ad Magnificat Añã.

Ingressus Gabriel Angelus ad

Mariam Virginem dixit: Ave

gratia plena, Dominus tecum:

benedicta tu in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

et in mulieribus

6. Oratio.

DEus, qui inter cæteros An-
gelos ad annuntiandū In-
carnatiōnis tuæ mystérium,
Gabrièlem Archàngelum ele-
gisti: ✠ concède propitius; ut
qui festum ejus celebrâmus in
terris, ✠ ipsius patrociniū sen-
tiâmus in cælis. Qui vivis &
regnas cum Deo Patre in uni-
tate Spíritus sancti Deus. per
omnia sæcula sæculorū.

Ad Laud. & Hor. Añā.

Ingresso Zacharia temp-
lū Domini, apparuit ei Gabriel
Angelus stans à dextris alta-
ris incensi. 2.

Ait autem Angelus: ne timeas
Zacharia, quoniam exaudita
est deprecatio tua. *Ω.*

Ego sum Gabriel Angelus,
qui asto ante Deum, & missus
sum loqui ad te. *A.*

Ant. IV. Gabriel Angelus locū-
tus est Mariæ, dicens: Ecce concipies in útero, & paries Filium.
& vocabis nomen eius Iesum.

Dixit autem Maria ad An-
gelum: quomodo fiet istud, quo-
niam virum non cognosco?
& respondens Gabriel Angelus

dixit ei: Spiritus sanctus fu-
perueniet in te, & virtus Altis-
simi obumbrabit tibi. 5.

Capitulū. Ecce Vir Gabriel supra.

R. br. In conspectu Angelorū *
Psallam tibi, Deus meus. *x.* Ado-
rābo ad templū sanctū tuū, &
confitebor nomini tuo. **Gloria**

*Fest Pascha additur duplex Alleluja ante
x. ad modū Barij. ad Vesperas suprapositi.
Quod etiam obseruandum est in sequentibus
festis.*

Hymnus.

Christe Redēptor omnium
Conserva tuos famulos
Beatæ semper Virginis
Placatus sanctis precibus

Beatæ quoque agmina
Cælestium Spirituum
Præterita, præsentia,
Futura mala pellite.

Mentem auferte perfidam
Credentium de finibus
Ut Christo laudes debitas
Per solvamus alacriter.

Gloria Patri Ingénito,
Ejusque Unigénito
Una cum sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

x. Stetit Angelus juxta arā tem-
pli. **R.** Habens thuribulum au-
reum in manu sua.

Ad Benedictus Añā.

Gabriel Angelus descendit
ad Zachariam, & ait illi: Uxor
tua pariet tibi filium, & voca-

bis nomen eius Joannem, & mul-
ti in nativitate eius gauderunt;
ipse enim praebit ante faciem
Domini parare vias ejus.

Oratio. Deus, qui inter. supra.
dein fit Comemor. feria.

Ad Tertiam.

Antiph. Ait autem.

Capitul. Ecce Vir Gabriel supra.
Stetit Angelus. sup. in laud.

Ad Sextam.

Antiph. Ego sum Gabriel.

Capitulum.

Dan. 9.

EGO autem veni, ut indicarem
tibi, quia vir desideriorum
es: septuaginta hebdomades ab-
breviatae sunt, ut finem accipi-
at peccatum & impleatur visio
& prophetia, & ungatur San-
ctus sanctorum.

✠. Ascendit fumus aromatatum
in conspectu Domini. *℞.* De ma-
nu Angeli.

Ad Nonam.

Antiph. Dixit autem Maria.

Capitulum

Dan. 9.

SCITO ergo & animadvertite
ab exitu sermonis, ut iterum
aedificetur Jerusalem usque ad
Christum Ducem hebdomades
septem, & hebdomades sexaginta
duae erunt.

✠. In conspectu Angelorum psal-
lam tibi Deus meus. *℞.* Adorabo
ad templum sanctum tuum &
confitebor nomini tuo.

*Vesperae de S. Joseph. com. S. Gabrielis tunc
infra & feria. sed si contingat festum S. Gabri-
elis habere integras II. Vesperas, tunc omnia
dicuntur sicut in primis praeter ultimum
Psalm. qui erit Confitebor tibi Domine in
toto corde meo, quoniam audisti. f. 46.
& ✠. ac Anam seq. ad Magnif.*

Ad Magnificat Anā.

Archangelus Gabriel ait ad
Mariam: non erit impossibile
apud Deum omne verbum. dixit
autem Maria: ecce ancilla Domini
fiat mihi secundum verbum tuum.
& discessit ab ea Angelus. 3.


✠. In conspectu Angelorum. &c. ut in Nona.
Oratio. Deus, qui inter. supra.

Ad Missam.


Benedicite Dominum omnes
Introitus.

Angeli et jus potentes virtute
qui facitis verbum ejus ad audi-
endam vocem sermonum ejus.




E. i.






Psalmus.



Tractus.





Offertorium.



Die xjx. Martij.

**IN FESTO S. JO-
SEPH SPONSI**
B. Mariæ V. duplex II. classis.
Ad I. Vesperas Anæ.



Deo ad Virginem desponsatā

viro, cui nomen erat Joseph, de
domo David, & nomen Virginis
Maria. ω .

Cum esset desponsata Mater Je-
su, Maria Joseph, antequam con-
venirent, inventa est in utero
habens de Spiritu Icto. λ .

Joseph vir e justis, cum esset justus
& nollet eam traducere, voluit
occulte dimittere eam. ζ .

Vir Fidelis multum laudabi-
tur: & qui Custos est Do-
mini sui, glorificabitur.

Respons. breve.

Invocavi Dominum, \star Patre
Domini mei. \times . Ut non derelin-
quat in die tribulationis. *Glor.*

Temp. Pasch. **I**nvocavi Dominum Pa-

trem Domini mei. \star Alleluja al-
leluja. \times . Ut non derelinquat me
in die tribulationis. *Gloria Patri.*

Hymus.

Te, Joseph, celebrent agmina Calitum
Te cuncti resonent Christi adum Chori,
Qui clarus meritis junctus es Incluta
Casto foedere Virgini. *I gem.*

Almo cum timidam germine Conju-
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi flaminis Angelus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum stringis ad exite-
Aegypti profugum tu lequeris plagas,
Amissum Solyimis quæris & invenis,
Miscens gaudia fletibus. *Gras.*

Post mortem reliquos mors pia con-
Palmamq; emeritos gloria suscipit:
Tu vivens, Superis par, fruëris Deo
Mirâ forte beator.

Nobis summa Trias parce precantibus
Da Joseph meritis sidera scandere
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum. *Ame.*

\times . Constituit eum Dominum
Domus suæ. β . Et Principem
omnis possessionis suæ.

Ad Magnificat Aña

Ee. 2.

Exurgens Joseph à somno fecit
sicut præcepit ei Angelus Dñi
& accepit Conjugē suam. 5.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tu-
æ Sponsi, quæsumus Dómine
méritis adjuvémur: * ut, quod
possibilitas nostra non óbtrinet,
ejus nobis intercessiōne donetur.
Qui vivis.

Dein fit Comem. S. Gabriel. ut sup. & ferix.

Ad Laudes & Hor. An̄æ.

Ibant Parentes Jesu † per om-
nes annos in Jerusalem in diē
solemni Paschæ. 2.

Cum redirent, † remansit puer
Jesús in Jerusalem, & non cogno-
verunt Parentes ejus. 3.

Non invenientes Jesum † regres-
si sunt in Jerusalem requiren-
tes eum, & post triduum invene-

runt illum in templo sedentē
in medio doctorum audientē
& interrogantem eos. 5.

Ant. IV. Dixit Mater ejus ad il-
lum: † Fili, quid fecisti nobis sic:
Ecce Pater tuus & ego dolén-
tes, quærebâmus te.

Descendit Jesús † cum eis, &
venit Nazareth, & erat sub-
ditus illis. 1.

Capitulū. Vir fidelis. supra in Vesp.

R. brev. Constituit eum * Dó-
minum domus suæ. * Et Prin-
cipem omnis possessiōnis su-
æ. **Gloria Patri.**

Hymnus.

Iste, quem læti colimus fideles
Cujus excelsos cælimꝰ triūphos
Hac die Joseph méruit perennis
Gaudia vitæ.

O nimis felix, nimis ô beátus
Cujus extrémā vigiles ad horam
Christus & Virgo simul astiterunt
Ore sereno.

Hinc stygis victor, laqueo solútus
Carnis, ad sedes placido sopóre
Migrat æternas tútilisqꝰ cingit
Tempora fertis.

Ergo regnántem flagitémus omnes
Adsit ut nobis, veniamqꝰ nostris

Obtinens culpis tribuat superna
Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores,
Trine, qui regnas Deus, & coronas
Aureas seruo tribuis fideli
Omne per ævum. Amen.

✠ Os iusti meditabitur sapi-
entiam. **℞** Et lingua ejus lo-
quetur iudicium.

Ad Benedictus Añā.

Ipsē Iesus erat incipiens
quasi annorum triginta, ut
putabatur filius Joseph.

Oratio. Sanctissimæ. supra
Deinde fit comemoratio feriæ.

Ad Tertiam.

Antiphona. Cum redirent.
Capitulum. Vir fidelis. supra.

✠ Constituit eum Dominum
domus suæ. **℞** Et Principem
omnis possessionis suæ.

Ad Sextam.

Antiphona. Non inuenientes. *Ecd. 43.*
Capitulum.

Dilectus Deo & hominibꝫ
cujus memoria in benedi-
ctione est. In fide & lenitate,
ipsius sanctum fecit illum, &
elegit eum ex omni carne.

✠ Magna est gloria ejus in
salutari tuo. **℞** Gloriam & mag-
nū decorem impones super eum.

Ad Nonam.

Antiphona. Descendit Iesus. *Sap. 10.*
Capitulum.

Profugum Iustum dedū-
xit Sapiētia per vias
rectas: & ostēdit illi regnū
Dei, & dedit illi scientiam San-
ctorum: honestavit illum in

labōribus, & complēvit labō-
res illius.

✠ Iustus germinabit sicut lili-
um. **℞** Et florebit in ætēnum.
ante Dominum.

In II. Vesperis.

Antiph. ex Laud. Iban Parentes. cætera
omnia ex I. Vesperis, præter seq:

✠ Gloria & divitiæ in domo ejus.
℞ Et iustitia ejus manet in sæ-
culum sæculi.

Ad Magnificat Añā.

Ecce! fidelis fervus & pru-

dens, quem constituit Dominiꝫ

super familiam suam. 3.

Oratio. Sanctissimæ. supra.
dein fit comemoratio feriæ.

Ad Missam.

Introitus. Iustus ut palma. infra fol. 1.
Post Epistolam. Tractus. Beatus vir. f. xxv.
Post Pascha. Alla. Iustus germinabit. f. xlv.
Offertorium. Veritas mea. xxxiv.

Communio.

Joseph fili David, noli time-
re accipere Mariam Conju-

re accipere Mariam Conju-

gem, tuam quod enim in e-

est. *Temp. Pasch.* Alle lu ja.

a natū est de Spiritu san cto

S. Festum S. Joachim C. Patris B. Mariæ V.
 non amplius est hujus loci, sed ex Decreto
 Clementis XII. P. M. ponitur celebrandū
 Dominica proximè sequenti post Festum
 Assumptionis B. Mariæ V. sub ritu Duplicis
 majoris.



IN DIE XXI. MARTIJ.

IN F E S T O

S. P. N. B E N E D I C T I

A B B A T I S.

D U P L E X I. C L A S S.

Si hoc Festum venerit in majori Hebdomada, transfertur una cum Octava sua in Feriam iij. post Dom. in Albis tanquam Diem propriam, ita, ut etiam a populo subje. to officieretur, translato quocumq; aliò festo etiã ejusdem ritus in eam incidente. Et tunc in fine Antiph. x. & B. additur Alleluia. quod etiam observandum est in omnib; festis tempore paschali occurrentibus.


Ad Vesperas Antiph. Fuit vir vita cum reliq; de Laud. Psalmi de Dominica.

Capitulum.



Ecl. 50.



Fecce, Confessor magnus, qui quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo Dei.

Responsorium br.

Sancte Pater Benedicte,  **intercede pro nobis. ✠ Ut digni efficiamur promissionibus**

Christi.  **Sancte Pater**

 Benedicte, intercede pro nobis ✠
 alleluja alleluja. ✠ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
Hymnus.

Laudibus cives resonent canoris
 Templâ solemnes modulentur hymnos
 *Hac die summi Benedictus arcem

Scandit Olympi
Alijs diebus loco ultimorum ✠ dicitur seq. ✠
Aurea summi Benedictus arce
Gaudet Olympi.

Ille florêtes peragêbat annos
Cum puer dulcis patriæ penâtes
Liquit, & solus latuit filenti
Cõditus antro.

Inter urticas, rigidôsq; fentes
Vicit altricem scelerum juventam.
Inde conscripsit documenta vitæ
Pulchra beatæ.

Ee.4.

Aream turpis Clarij figuram,
Et nemus stravit Veneri dicatum:
Atque Baptista posuit sacratio
Monte Sacellum.

Jamq; felici residens Olympo,
Inter ardentes Seraphim Catervas
Spectat, & dulci reficit clientum
Corda liquore.

Gloria Patri, Genitæq; Proli
Et tibi compar Utriusque semper
Spiritus alme Deus unus, omni
Tempore sæcli. Amen.

VAmavit eū Dñs, & ornavit eum.

RStolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat Añã

Exultet omnium turba fi-
delium pro gloria almi Patris
Benedicti. latentur præcipue
cater vā Monachorū celebra-
tes ejus festa in terris, de cujus
societa te sancti congau-
dent in cælis. *ſ.*

Oratio.

OMnipotens sempitærne
Deus, qui (hodiærna di-
e) carnis eductum ergástulo
sanctissimum Confessorē tuū
Benedictum sublevásti ad cæ-

lum: * concéde quæsumus hæc
festa tuis famulis celebrantib;
cunctorum véniam delictô-
rum, * ut, qui exultantib; ani-
mis ejus claritati congaudent,
ipso apud te interveniente cõ-
sociëntur & méritis. Per Do-
minum nostrum.

Deinde fit commem. feriaz in Quadrag.

Ad Laud. & Hor. Añã.

FU it vir vi tæ venera-
bilis gratia Be nediçt;
& no mine, qui ab ipso pue-
ri tiæ suæ tempore cor ge-
rens senile: æ tatē morib;
transiens nulli animum vo-
luptati dedit. *ſ.*

Beatus vir Benedictus plus
appetijt inala mundi perpeti-
quàm laudes, pro Deo labori-
bus fatigari, quàm vitæ hu;
ſ.

favoribus extolli. *A.*

Gloriosus † Confessor Domini

vitam angelicam gerens in ter-

ris speculum bonorū operum

factus est mundo; & ideo cū

Christo jam sine fine gau-

det in cælis. *Ω.*

Erat vir Domini † Benedi-

-ctus vultu placido, moribus

decoratus angelicis, tantaq;

circa eū claritas excre-

verat, ut in terris positus in

cælestibus habitaret. *℥.*

Vir Dei † Benedictus † omniū

justorum spiritu plenus fuit!

ipse intercedat pro cunctis mo-

nastica professione. *A.*

Capitulum. **E**cce Confessor magnus.

℞. br. Amavit eum. *de Comuni inf. f*

Hymnus.

Inter æternas Superū coronas

Quas sacro partas retinent agone

E micas celsis meritis coruscus,

o Benedicte.

Sancta te compsit puerū senectus

Nil tibi de te rapuit voluptas

Aruit mundi tibi flos, ad alta

Mente levato.

Hinc fuga lapsus patriā, parentes

Deseris, fervens nemorū colonus.

Edomas carnem subigisq; Christo

Tortor acerbus.

Ne diu tutus latebras fovères,

Signa te produnt operum piōrum.

Spargitur felix celeri per orbem

Fama volātu.

Gloria Patri, Genitāq; *℞. ut in Vesp.*

Xjustū deduxit Dōminy per vi-

as rectas. *℞.* Et ostēdit illi reg-

num Dei.

Ad Benedictus Añā.

Sanctissime † Confessor Domini,

Monacho rū Pater & Dux Be-

E.e.s.

ne dicte, intercede pro nostra
omniūq; salute. 4.

*Oratio. Omnipotens. supra.
dein fit comem. ferie in Quadragesima.*

Ad Tertiam.

*Antiphona. Beatus vir Benedictus.
Capitulum. Ecce Confessor magnus. supra
Amavit eum Dominus. &c.*

Ad Sextam.

*Antiphona. Gloriosus Confessor.
Capitulum. Eccli. 50.*

IN diēbus ipsius emanavē-
runt putei aquarum & qua-
si mare adimplēti sunt supra-
modum. Qui curavit gentem
suā, & liberavit eā à perditione
x. Os iusti meditabitur. &c.

Ad Nonam.

*Antiphona. Vir Dei Benedictus.
Capitulum. Eccli. 50.*

Quasi vas auri solidum, or-
natum omni lapide preti-
oso. Quasi oliva pullulans, & cy-
pressus in altitudinem se extol-
lens. Et circa illum corōna fra-
trum: quasi plantatio cedri in
monte Libano, sic circa illū ste-
tērunt quasi rami palmae, &
omnes filij Aaron in gloria sua.
x. Lex Dei eius. &c.

*In II. Vesperis omnia ut in primis est
positum, præter sequent.*

*x. Iustū deduxit Dominus per
vias rectas. Et ostendit il-
li regnum Dei.*

Ad Magnificat Añā.

Hodie sanctus Benedictus
fi Benedi

per viam orientis recto tramite
videntibus discipulis calū as-
cen dit: hodie erectis ma-
nibus inter verba orationis
expira vit: hodie in gloria
ab Angelis susceptus est. 2.

*Oratio. Omnipotens.
deinde fit comem. S. Martij E. C. ut infra,
& ferie in Quadragesima.*

*Si Sabbato Palmarum non terminet Octava,
non debet eo anno prosegui, sed terminetur ad
Nonam Sabbati dicti. Si vero in eundem inci-
dat dies Octava, fit de ea usq; ad Completorium
inclus. & in Vesp. comem. Dom. sequentis.*

Ad Processionem.

Sanctissime Confessor Chri-
ste Benedi
cte Mo nacho-

recto tran-
 ilis cū af-
 rectis ma-
 orationis
 die in gloria
 useit. 2.
 C. in
 ce de pro nostra om ni um
 umq; sa lu te. **additur.** Al-
X.
 le lu ja.

X. De vota plebi subveni sancta in-

ter cessione, ut tuis adjuta preci-
 bus regna caelestia consequatur. **i.**

Ad Missam.

G Audeamus omnes in Do-
Introitus.
 - mino die festu celebrantes
 subhono re sancti Benedi-
 cti Abbatis: de cujus solemnita-
 - te gaudet An - geli & collau-
 - dant Fi lium De i.

Post Pascha additur duplex Alleluja.

verte

Allelu ja, al le lu ja.

Psalmus.

Magnus Dominus & laudabilis ni-
mis, in civitate Dei nostri, in monte

sancto ejus. **I.**

Læta quies magni Ducis, dona

ferens novæ lucis hodie proponitur.

Charis datur piæ menti, corde sonet in
ardenti, quidquid foris promitur.

Hunc per callem orientis admiremur

ascendentis Patriarchæ speciem.

Amplum semen magnæ prolis, illū fe-

cit instar solis, Abrahæ persimilem.

Corvū oernis ministrantem, hinc Eliā.

latitantē, specu nosce parvulo.

Sequentia.

Elisæus dignoscatur, cum securis re-
vocat de torrentis alveo.

Illum Joseph candor morū, illū Jacob

futurorum mens effecit conscia.

Ipsæ memor suæ gentis nos perducatur

in manentis semper Christi gaudia.

amen. **T.P.** Allelu ja.

Festa Martij.

Offertoriū. Desiderium. inf. fol. xljx.
Communio. Fidelis servus. inf. fol. xliij.
¶ Intra Octavam S.P.B. in Quadragesima
Missā Conventualis non dicitur de Octava,
sed dici debet de feria currente sine Gloria
& Credo. cū Or. ij. de Octava. & iij. iuxta temp.
Post Pascha verō Missa dicitur infra Octavam
ut in Die cum Gl. & Cr. Or. ij. Concede. iij. Ecce
sua vel pro Papa.

Die xxxij. Martij.

SPATRITIJ E.

Confessoris. Semidupl.

In Hymno. Meruit supremos.

Oratio.

DEUS, qui ad prædicandā
gēntibus gloriā tuā be-
ātum Patrītium Confessōrem.

atque Pontificem mittere dignā-
tus es: * ejus mēritis & interces-
sione concede; * ut quæ nobis
agēda præcipis, te miserānte
adimplere possimus. Per Dñm.

In laud. com. Octava. x. Amavit. & feria.
Missā Statuit. de Comuni.
In Vesp. à Capit. de Octava S.P. com. præced.
Añā Amavit. & pariter Amavit & feria.
Die xxxij. Martij.

DE TERTIA DIE
infra Octavam S.P.B.

Omnia ut in die. Com. feria in laud. & Vesp.
Die xxiv. Martij.

DE QUARTA DIE

inf. Octav. ut heri. Vesp. de seq.

DIE XXV. MARTIJ.

IN FESTO ANNUNTIATIO-

NIS BEATÆ MARIÆ VIRG.

Duplex II. Classis.

¶ Si hoc Festū incidat in Diem Parasce-
ves vel Sabbatū S. tunc transfertur tam quā
ad solemnitatē quā quad ejus Officiū in
feriam II. post Octavam Paschæ non impeditā
festo solum Duplici j. classis in ea occurrente
tāquam diem protali casu propriam. Si
verō incidat in aliam diem maj. hebdomadæ
tunc solum transfertur quoad Officiū in pri-
mam diem post Octavā Paschæ non impeditā
festo scilicet. etiam ad libitum.

Ad Vesperas Añā Missus est. de lau-
dibus. Psalmi ut in Comuni de B.M.V.
Capitulum.

Isaia 7.

ECCE Virgo concipi-
et & pariet Filium,
& vocabitur nomen
ejus Emmānuel.
Butyrum & mel cō-
medet, ut sciat reprobāre ma-
lum, & eligere bonū. **R. br.**

Angelus Domini * nuntia-

vit Mariæ. * Et concepit de

Spiritu sancto. **Temp. Pascha.** **A**ngelus

Domini nuntiavit Mariæ, *

alleluja alleluja. * Et conce-

pit de Spiritu sancto. * Gloria.

Hymn. Ave maris stella. de Comuni
* Ave Maria grātia plena

& Dominus tecum.
Ad Magnificat Añā.

Spi ritus sanctus in te.

descendet Maria, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ∞

Oratio.

DEUS, qui de beata Maria & Virginis utero, Verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: * praesta supplicibus tuis; * ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum.

Commem. feria tantum. De Octava nihil.

Ad Laudes & Horas

Antiphona Missus est. vide supra in festo Expectationis B. M. V. folio 390. Capitulum Ecce Virgo concipiet. & breve supra ex Vesp. Hym. de conuini. & Ave Maria. ut in Vesp.

Ad Benedictus Aña.

Quomodo fiet istud, Angele Dei, quoniã virum non cognosco: Audi Maria Virgo Spiritus sanctus superueniet in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi. 7.

Ad Tertiam.

Antiphona Ave Maria. Capitulum Ecce Virgo. & S. Specie tua.

Ad Sextam.

Antiphona Ne timeas. Capitulum.

Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in aeternum, & regni ejus non erit finis.

** Adjuvabit eam.*

Ad Nonam.

Antiph. Ecce ancilla. Capitulum.

Egrediatur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.

** Elegit eam Deus.*

In II. Vesp. omnia ut in primis supra.

Ad Magnificat Aña.

Gabriel Angelus locutus est Mariae dicens: Ave gratia plena Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus. 7.

Dein fit Commem. Octava & fer. in Quadrag. sed si die sequenti occurrat celebrari festum aliquod translatum, fiat de eo Commem. in II. Vesp. Annunt. sed tunc de Octava nihil fit.

Ad Processionem.

Missus est Gabriel Angelus ad

Maria Virginem desponsatam

nisti gratiam apud Do minū.

Joseph, nuntiās ei verbum

Ecce concipies & paries, &

& ex pavescit Virgo de lu-

voca bitur Altissimi Fi-

mine. Neti meas Maria, inve-

lius. **TP.** Alle lu ja.

extam.
as.
minus Deus
patris eius de
no Jacob in
erit firmus.
nam.
irga de radi
e radice eius
uifcet huc
omni.
in primis
car Ana.
st Louise
ave gratia
benedicta
in Quatin
mentis
in U
men.
Angel

Ps. Da bit ei Dominus Deus sedem
David Patris eius, & regnabit
in domo Jacob in æternum. 7.

Ad Missam.*Introitus Vultum tuum. inf. fol. lxxj.***Tractus.**

Audi Fi lia & vi de, &
inclina aurem tu am, quia

concupi vit Rex spe ci-
em tu am.

Post Pascha. Alla. Virga Jesse. fol. lxxvij.
sed omittitur in initio secundum Alleluia.

Offertorium. Ave Maria. fol. lxxvj.
Communio. Ecce Virgo &c. fol. lxxvj.

DE SEXTA DIE
Infra Octavam S. P. B.
Omnia ut in festo. in laud. com. fer. in Quad.
Vesperz de sequenti Comem. Octava & feria
Die xxvij Martij.

S. RUPERTI EPIS

copi & Confess. duplex.
Oratio.

Propitiare, quæsumus Dómi-
ne, nobis famulis tuis per
sancti Ruperti Confessoris tui
atque Pontificis mérita glorió.
fa. * ut ejus pia intercessiõne *
ab ómnibus protegámur advér-
fis. Per Dóminum.

*In laud. comem. Octava. v. A. mavit eum.**& feria in Quadragesima.**Ad Missam Introitus Statuit ei. fol. xliij.**Tractus Beatus vir. fol. xxv. Post Pascha. Alla**Hic est Sacerdos. fol. xliij.**Offertorium. Veritas mea. fol. xxiv.**Communio. Domine quinqs talenta. fol.**In Vesp. à Capitulo de sequenti die Octava.**S. P. B. ut in I. Vesp. Festi. com. preced. & feria.*

Die xxvij. Martij.

OCTAVA S. P. N.**Benedicti Abb. duplex.***Omnia ut in die festo. commemoratio fe-
riæ in Quadrages. in laud. & Vesperis.***FESTA APRILIS.**



Die ij. Aprilis.

S. FRANCISCI DE**Paula Confess. duplex.****Oratio.**

Deus humilium cel-
situdo, qui beatū
Franciscum Confes-
sorem Sanctórum
tuórum glória sublimasti: *
quæsumus, * ut ejus méritis &
imitatione promissa humilibus
præmia feliciter consequamur.
Per Dóminum nostrum.

Missæ Justus. de Comuni. l.

Feria VI. post Dominic. in Albis.

OFFICIUM DE LAN-**cea & Clavis D. dupl. ij. class.***Impedita autem hac feria. vj. Officio xij. lectio: tranfertur ad aliam fer. vj. similiter non impeditam intra tempus pascale tantum.**In Vesperis Antiph. Hasta Regem gloria ex Laudibus. Psalmi de Dominica.***Capitulum.***Sap. 5.***S**umet Dominus scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem duram iram in Lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.**Responsorium, breve.**
Christe Fili Dei miserere nobis. *Alleluja, alleluja.* *Qui vulneratus es pro nobis.* *Gloria***Hymnus.**
Pange lingua glorio sæ
Lanceæ præconium
Quæ reclusit generosæ
Cataractæ fluvi um
Passo Christo dolorosè
Pro salu te gentium.
Hasta gazis præoptata,Mundi pandit prætium,
Cordis tactu preparata,
Fit sagitta fortium;
Arma Clavi sunt beata,
Contra vires dæmonum.
Dulcis Hasta Dei latus
Spoliasti Sanguine
Dulces Clavi, qui reatus
Expurgatis flumine:
Ut sit mundus emundatus
Et sanatus vulnere.
Hasta fulcit viatores,
Et timentes animat:
Et ostenso bellatores
Cordis succo roborat.
Clavus firmat & dat rores
Puffillosque recreat.**J**esu victor inferorum,
Qui triumphas Lancea,
Et virtute qui Clavorum
Restaurasti omnia.
Fac ut horum nos armorum
Muniant præfidia. Amen.*Accipiet armaturam zelus illius, alleluja. Et armabit creaturam ad ultionem inimicorum, alleluja.***Ad Magnificat Anā.**
Gaude pia plebs iustorum,
omne genus Germanorum, tan-
tis de muneribus: nā Clenodia

fa lutis tibi dedit Rex virtu-
 tis fuis de vulneribus, Clavos,
 Lanceam & Crucem, ut sequa-
 ris Xpm ducē, alleluja. 6.

Oratio.

DEus, qui in assumptæ Car-
 nis infirmitate Clavis af-
 figi & Lancea vulnerari pro
 mundi salute voluisti: * conce-
 de propitius, ut qui eorūdem
 Clavorū & Lanceæ solēnia ve-
 nerāmur in terris; * de glori-
 oſo victoriæ tuæ triumpho gratu-
 lēmur in cælis. Qui vivis.

Ad Laudes & Horas Antiph.

HAsta Regem gloriae †
 Christum cruentavit, dū Crucis
 in arbore Dominus regnavit,
 alleluja. 2.

Hanc tremendam Lanceam, †
 omnes adoremus: & in eij lau-
 dibus semper jubilemus, alle

luja. 7.

Unus militum † Lancea latus
 ejus aperuit: & continuo e-
 xivit Sanguis & aqua, alle-
 luja. 3.

Ant. IV. Fui mortuus; & ecce!
 sū vivens in sæcula sæculōrum,
 Alleluja.

Sempiterna gaudiat † Christus
 tunc donavit, cum Clavis & La-
 cea mortem superavit, alle-
 luja. 4. Resp. breve

B. Foderunt manus meas,
 & pedes meos, * Alleluja, alla-
 * Dinumeraverunt omnia ossa
 mea. All. all. Gloria Patri. &c.

Hymnus

Verbum sup̄num prodiens,
 Salvare, quod perierat
 Hastā Clavisq; moriens
 Complēvit, ad quod venerat.
O gloriosa Lancea,
 Timor tremorque dæmonū,
 Regna pandis fidērea
 Per sanctæ necis meritum.

De Clavōrum stigmatibus,
Emānat mundi prētium,
Præ cunctis aromātibus
Spirant odōrem cælicum.

In corde Christi mērgitur
Mucro leōne sāvior
De fonti fons exōratur
Cibūsq; melle dūlcior.

In Natum Pater phialam
Effūdīt iracūdiā
Ut nobis cōnā mǎximā
Gratis suā det glōriā.

Ochrīste nostrum gāudium,
De vulnerāto Latere,
Da lac & vinum dēpluum
Ardēti corde fūgere.

Precāmur Auctor omnium,
Tu nostra sis refectio:
Tuōrum perque mēritū
Armorū sis protectio. Amen.

✠ Per sanctam Lanceam de inimicis nostris, allelūja. **℞** Libera nos Deus noster, allelūja.

Ad Benedictus Antiph.

Ofelix & omni laude digna.
Lancea Salvatoris, quæ pertransiens
Latus ejus chirographū peccati affixit
patibulo Crucis, allelūja.

Oratio. Deus, qui in assumptæ. &c.

Ad Tertiam.

Antiphona. Flanc tremendam.

Capitulū. Sumet Dominus. *supra.*

✠ Foderunt manus meas, & pedes meos, allelūja. **℞** Dinumeraverunt omnia ossa mea, alla.

Ad Sextam.

Antiphona. Unus militum.

Capitulum.

Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum & princeps regum terræ, qui dilexit nos & lavit nos a peccatis nostris in Sanguine suo.

✠ Quem tu percussisti persecuti sunt, allelūja. **℞** Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt, allelūja.

Ad Nonam.

Antiphona. Sempiterna gaudia.

Capitulum.

Ego sum primus & novissimus: & vivus & fui mortuus: & ecce! sum vivens in sæcula sæculorum.

✠ Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, allelūja. **℞** Attritus est propter scēlera nostra, allelūja.

In secundis Vesperis omnia ut in primis exceptis sequentibus. Responsorium breve.

Quem tu percussisti persecuti sunt, * Alleluja alleluja. **✠** Et super dolorem vulnerū meo-

rum addiderunt. *Gloria Patri.*

Ad Magnificat Añā.

Collaudemus Christi clemētiā, qui per gloriosos Clavos

& Lanceam dat Ecclesie de
inimicis victo riam & in cæ
lo vitam & co ro nam perpe tu
am, alleluja.

Ad Missam.

F Ode runt manus meas
Introitus

& pedes meos: diu meraverunt
omnia ossa mea, & sicut aqua

effusus sum, alleluja, alleluja.

Psalmus.

Factum est cor meum tanquam cera
liquefcens, in medio ventris mei. III.

Pro Graduali.

Alleluja. Tibi gloria

hosanna: tibi triumphus & vi
cto ria, tibi summa laudis & ho
no ris co ro na, alle lu ja.

Offertorium.

Insurrexerunt in me viri ini qui
absque misericordia quæsierunt me


interficere: & non pepercerunt in fa
cie meam spuere: lanceis suis vulne

raverunt me, & concussa sunt omnia
ossa mea. alleluja, alle lu ja.

Communio.

Videbunt in quem trans

fixe runt cum moveren tur



Die iv. Aprilis.

S. ISIDORI EPISC.**Confess. Doct. duplex.***In Vesp. Ana O Doctor. cætera omni. de eode
Comuni. Vesp. à cap. de seq. com. preced.*

Die v. Aprilis.

S. VINCENTII FER-**rerij Confess. duplex.****Oratio.**

DEus, qui Ecclesiam tuam be-
dati Vincéntij Confessoris tui
méritis & prædicatione illustrâ-
re dignatus es: * concède nobis
famulis tuis: * ut & ipsius instru-
amur exemplis, & ab omnib; eius
patrocínio liberemur adversis.
Per Dóminum.

Missa Os iusti. *de com. folio 1.*

Die xj. Aprilis.

S. LEONIS MAG-**ni Papæ Confess. duplex.***Oratio* Exaudi quæsumus Domine. &c.
Missa Statuit. fol. xliij. *Communio* Beatus
servus. folio xlvj.

Die xiiij. Aprilis.

B. IDÆ VIRGIN.**Duplex.****Oratio.**

DEus, qui beatæ Idæ Virginis
corpore tuorum Vûlnerum
stigmata igneo amôris stylo im-
pressisti: * præsta quæsumus ejus
intercessiône, sic nos tuæ Passiô-
nis mystéria in terris contempla-

ri: * ut redemptiônis præmia in
cælo mereámur. Qui vivis & reg-
nas cum Deo Patre.

Missa. Vultum tuum. folio. lxxj.
In Vesperis com. sequentis.

Die xxiv. Aprilis.

**SS. Tiburtij, Valeriani, & Maximi
Martyrum. Oratio.**

PRæsta, quæsumus omnipotens
Deus, * ut qui sanctôrum Már-
tyrum tuorum Tiburtij, Valeriani,
& Máximi solémnia colimus: * eô-
rum etiã virtutes imitemur. Per
Dóminum.

Die xv. Aprilis.

S. HERMENEGILDI**Martyris. Semidup.***In Utrisque Vesperis & Laudibus dicitur***Hymnus.**

REgali folio fortis Iberiæ
Hermenegilde jubar. glória Martyrû,
Christi, quos amor alius
Cæli cœtibus inserit.

Ut peritas patiens pollicitum Deo
Servans obsequium: quo potius tibi

Nil proponis & arces
Cautus noxia, qua placent.

Ut motus cõhibes, pábula qui parant
Surgentis vitij, non dubios agens

Per vestigia gressus,
Quo veri via dirigit.

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum. celebrent ora precantiũ,
Divinũque suprémis
Flamen laudibus efferant. Amen.

*Quando verò supra dicti Hymni non dicitur
in Vesp. tunc in Laudibus dicitur sequens.*

Nullis te genitor blanditijs trahit
Non vitæ caperis divitis otio
Gemmarumve nitore
Regnandive cupidine.

Diris non acies te gladij minis,
Nec terret perimens carnificis furor:
Nam mansúra caducis

Ff. 3.

Nunc nos e Superum protege sedibus,
Clemens, atque preces, dum canimus tua
Quasitam nece palmam,
Fronis auribus excipe.

Si rerum Domino. &c ut supra.

Oratio.

DEus, qui beatum Hermenegildum Martyrem tuum caelesti regno terrenum postponere docuisti. * da quasum nobis ejus exemplo caduca despiceret, * atque aeterna sectari. Per Dominum.

Missa temp. Paschali Protexisti. fol. xvij. extra hoc temp. In virtute. folio xxxvj.

Vesp. de sequenti com. preced.
Die xvj. Aprilis.

S. TURIBII EPISCOPI Confess. duplex. Oratio.

DEus, qui beati Turibij doctrina & praedicatione Priscilliani haesim in Hispania extinxisti. * concede propitius; * ut ipso pro nobis intercedente, quod fideliter credimus, operibus comprobemus. Per Dominum nostrum.

Missa Statuit.
In Vesp. fit com. fer. in quadrag. & sequentis
Die xvij. Aprilis.

S. Aniceti Papae & Mart.

Oratio Deus, qui nos beati Aniceti. II. loco.
Die xxxj. Aprilis.

S. ANSELMI EPISCOPI Conf. & Doct. duplex.

In Utrique Vesp. Antiph. O Doctor.

Oratio.

Ecce siam tuam, quasum Dne, benignus illustra; * ut beati Anselmi Confessoris tui, atque Pontificis illuminata doctrinis, * ad dona perveniat sempiterna.

Per Dominum nostrum.

Missa In medio.
In Vesperis commemoratio sequentis.
Die xxij. Aprilis.

SS. SOTERIS & CAIJ Pontif. & Mart. Semidup.

Oratio Beatorum Martyrum. de com. I.
Missa Sancti tui. fol. xvij. extra temp. Pasch. Intret. fol. xxxlij.
Vesperae de sequenti com. preced.
Die xxij. Aprilis.

S. GEORGII MARTYRIS duplex majus.

Oratio.

DEus, qui nos beati Georgii Martyris tui meritis & intercessione latificas; * concede propitius; * ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuae gratiae consequamur. Per Dnm.

Missa Protexisti. folio xvij.
In Vesperis fit commemoratio sequentis.
Die xxxvj. Aprilis.

S. MELLITI EPISCOPI Confess. duplex.

Omnia de Communi Conf. Pont. II. loco.
Vesperae de sequenti com. preced.
Die xxxv. Aprilis.

S. MARCI EVANGELISTAE duplex ij. class.

Oratio.

DEus, qui beatum Marcum Evangelistam tuum Evangelicae praedicationis gratia sublimasti. * tribue, quasumus, ejus nos semper & eruditione proficere, * & oratione defendi. Per Dominum.

Missa Protexisti. folio xvij.
S. Hodie fit Processio Lytan. maj. quas etiam privatim recitare tenentur ij, qui non inter-

sunt Processioni. dicitur una Missa de Rog. quam vide supra folio. 296. Quod si venerit in Dom. Pascha, transfertur in Fer. iij. Pascha In Vesperis com. em. sequentis.

Festa Maj.

Ad Vesp. Antiph. Domine ostende ex Laud. cetera, quae hic non sunt propria, de com. uni.

Ad Magnificat Antiph.

Die xxvj. Aprilis.

SS. CLETI & MARCELLINI Pontif. Mart. Semid.

Oratio.

Beatòrum Martyrum pariterque Pontificum Cleti & Marcellini nos Domine foveat pretiosa confessio: * & pia jugiter * intercessio tueatur. Per Dñm.

Missa Sancti nri. fol. xvij. extra temp. Pasch. verò Intret. fol. cxxxiij.

Die xxviii. Aprilis.

S. Vitalis Martyris.

Oratio Praesta quaesumus. III. loco.

Die xxxix. Aprilis.

S. ROBERTI ABBATIS, duplex.

Omnia de Communi.

Vesp. à cap. de sequenti com. preced.

Die xxx. Aprilis.

S. CATHARINÆ SENENSIS Virg. duplex.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus, ut, qui beatam Catharinam Virginis tuae natalitia colimus, * & annua solemnitate letemur, & tanta virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum.

Missa Dilexisti. folio lx. Vespera de sequenti com. preced.

FESTA MAIJ.

Die j. Maij.

IN FESTO SS. PHILIPPI & Jacobi Apost. dupl. ij. classis.

Ff. 4.

Nonturbetur cor vestrum neque formidet: creditis in Deum, & in me credite: in domo Patris mei mansiones multae sunt, alleluja, alleluja.

Oratio.

DEus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Jacobi solemnitate letificas: * praesta quaesumus, * ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

fit comm. S. Catharinae V.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis, alleluja.

Philippe qui videt me, videt & Patrem meum, alleluja.

Ad Missam

Tanto tempore vobiscū sum, &
non cognovistis me? Philippe, qui
videt me, videt & Patrem meum,
al le lu ja. 3.

Añā IV. Si cognovissetis me &
Patrem meū utiq; cognovissetis, & a-
modo cognoscetis eum, & vidistis
eum, alleluja, allel. allel.

Si diligitis me mandata mea
servate, alleluja, alleluja, alle-
luja. 3.

Ad Benedictus Añā.

Ego sum via, veritas, & vita: ne-
mo venit ad Patrem nisi per me,
alleluja.

In secundis Vesperis Añā ut in primis,
Psalmi &c. de comuni in II. Vesperis.

Ad Magnificat Antiph.

Si manseritis in me & verba
mea in vobis manserint, quodcu-
que petieritis, fiet vobis, alle-
luja, alleluja, alleluja.

Oratio Deus, qui nos annua. *suprà.* dein.

Clamaverunt ad te Do-
minus in tempore afflictio nis

mea, & tu de celo exaudisti e os.

alleluja, al le lu ja.

Psalm.

Excultate iusti in Domino: rectos decet col-
laudatio. **Gloria Patri. I. Graduali**

Alleluja. Tanto tempore vo-

bis cum sum, & non cognovistis me?

Philippe, qui videt me, videt & Pa-

trem me um, alleluja.

Offertoriū. Confitebuntur. folio xvij.
Communio.

Tanto tempore vobiscum sum &

non cognovistis me? Philippe qui

vi det me, videt & Patrem meum.

alleluja. non credis, quia e go

in Patre, & Pater in me est? alle

luja, alle luja.

Die ij. Maij.

S. ATHANASII E-
pisc. Conf. Doct. duplex.

Oratio Exaudi, quaesumus.
Ad Missam Introit. In medio. fol. xlv. Grad.
Alleluja primū. ✠. Beatus vir qui suffert f.
l. Offertor. Inveni David. fol. cxvj. Com-

mun. Quod dico vobis. fol. xxxvij.
Vespera de sequenti com. preced. tantum
Die ij. Maij.

IN FESTO INVEN-
tionis S. Crucis. dupl. ij. class.

Ad Vesperas Ant. O magnum. ex Laud.
Psalmi Dixit Dominus. de Dominica.
Capitulum.

Philipp. 2.

Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

Responsorium breve.

Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, ✠ alleluja, alleluja.

✠ Qui per Crucem tuam redemisti mundum.

Extra tempus paschale.

Adoramus te Christe ✠ & benedicimus tibi. ✠ Quia per Crucem tuam

redemisti mundum.

Hymnus.

VExilla Regis prodeunt Fulget Crucis mysterium:

Ff. 5.

Quo carne carnis conditor
 Suspenfus est patibu lo.

Quo vulneratus insuper
 Mucrone diræ lanceæ,
 Ut nos lavaret crimine
 Manavit unda & Sanguine

Impleta sunt, quæ concinit
 David fideli carmine
 Dicens: in nationibus
 Regnavit à Ligno Deus.

Arbor decora & fulgida,
 Ornata Regis purpurâ,
 Electa digno stipite
 Tam sancta membra tangere

Beata cuius brachijs
 Seclî pependit pretium
 Statæra facta corporis
 Prædamq; tulit tartari.

***O** Crux ave spes unica
 † In hoc paschali gaudio
 Auge pijs iustitiam
 Reisque dona veniam.

Te summa Deus Trinitas
 Collaudet omnis spiritus
 Quos per Crucis mysteriū
 Salvas, rege per sæcula. amē

*In penultima strophâ *† per animum dicitur
 In hac triumpho gloria. &c.*

X. Hoc signum Crucis erit in caelo, alleluja. **B.** Cum Dominus ad iudicandum venerit, alleluja.

Ad Magnificat An̄a.

O Crux splendidior cunctis

astris, mundo celebris, ho mi ni
 bus multum ama bilis, san cti

or universis: quæ so la fui

sti digna portare ta lentū
 mundi: dulce lignum, dulces cla

vos, dulcia ferens pondera: sal

va præsentē catervam in
 tuis hodie laudibus congre

gatam, alleluja, alleluja. .i.

Oratio

Deus, qui in præclara salutife
 ræ Crucis Inventionē Passio
 nis tuæ miracula suscitasti: *con
 cede; *ut vitalis Ligni pretio æ
 ternæ vitæ suffragia consequamur
 Qui vivis & regnas cū Deo Patre.

Ad Laudes & Horas Antiph.

O magnum pietatis
 opus: mors mortua tunc est, in
 Ligno, quando mortua vita fu

it. alleluja. 7.

Salva nos Christe Salvator per
virtutem Crucis, qui salvasti Pe-
trum in mari, miserere nobis,

alleluja. 3.

Ecce Crucem Domini fugite
partes adversæ: vicit Leo

de tribu Juda, radix David, al-

leluja. 1.

Antiph. IV. Nos autem gloriari
oportet in Cruce Domini nostri
Jesu Christi. *t. p.* Alleluja.

Per signum Crucis de inimicis
nostris libera nos Deus no-
ster. alleluja. ∞.

Capitulum. Fratres, Hoc enim *suprà.*
Resp. brev. Hoc signum Crucis e-
rit in cælo, * Alleluja, alleluja.

X. Cum Dominus ad iudicandum
venerit. **Gloria Patri. &c.**

Hymnus. Lustris sex, qui jam peractis.
vide suprà folio 163.

X. Adoramus te Christe, & benedi-
cimus tibi. Alleluja. **B.** Quia per
Crucem tuam redemisti mundum. All.

Ad Benedictus Añã.
Super omnia signa cedrorum
tu sola excelsior, in qua Vita mun-
di pependit, in qua Christus tri-
umphavit, & mors mortem superat
vit in æternum. Alleluja.

Oratio. Deus, qui in præclara. *suprà.*
dein fit comem. Ss. Alexandri &c. hic solium.
Añã. Filia Jerusalem. **X.** Pretiosa.

Oratio.
Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: ut, qui sanctorum tuorum
Alexandri, Eventij, Theoduli atq;
Juvenalis natalitia colimus, a cun-
ctis malis imminetibus eorum inter-
cessionibus liberemur. Per Dñm.

Ad Tertiam.
Antiphona. Salva nos.
Capitulum. Fratres, Hoc enim *suprà.*

X. Hoc signum Crucis erit in cæ-
lo, alleluja. **B.** Cum Dominus ad
iudicandum venerit, alleluja.

Ad Sextam.
Antiphona. Ecce Crucem Domini. *Galat. 6.*
Capitulum.

Mihi autem absit gloriari, nisi
in Cruce Domini nostri Jesu
Christi; per quem mihi mundus cru-
cifixus est, & ego mundo.

X. Adoramus te Christe, & benedi-
cimus tibi, alleluja. **B.** Quia per fan-
ctam Crucem tuam redemisti mundum. all.

Ad Nonam.
Antiphona. Per signum Crucis. *Philip. 2.*
Capitulum.

Humiliavit semetipsum factus
obediens usque ad mortem, mor-
tem autem Crucis. Propter quod &

Deus exaltâvit illum, & donavit illi
nomen, quod est super omne nomen.

V. Omnis terra adoret te, & psallat
tibi, allelûja. **R.** Psalmû dicat Nô-
mini tuo Dômine, allelûja.



In II. Vesp. omnia ut in primis

Ad Magnificat Antiph.

Crucem sanctam subiit. vide supra
fol. 288. in tono secundo.

Oratio Deus, qui in præclara. supra.
Deinde fit comem. seq. Ana Simile est regnû
caelorum. **V.** Specie tua. Oratio ut infra.

Ad Processionem.



O Crux be nedicta, **Q**uæ


portet in Cruce Do mini nostri

Jesu Christi: in quo est salus vita &


resurrectio nostra: per quæ sal-

va ti & libera ti fu mus.

re Re gem calorû & Do-



minum. **T.P.** Al lelu ja



V. O Crux gloriosa & admirabilis: o

Cruce veneranda. *Quæ. i.*

Ad Missam.

Nos au tem gloriam o

portet in Cruce Do mini nostri

Jesu Christi: in quo est salus vita &

resurrectio nostra: per quæ sal-

va ti & libera ti fu mus.

T. P. Alleluja, alleluja.

Psalm.

Deus misereatur nostri & benedicat
nobis: illuminet vultum suum super nos

& misereatur nostri. **IV. Pro Graduali.**

Alleluja. **D**ulce lignum

dulces cla vos, dulcia ferens pon-

de ra: qua sola fuisti dig na

sustinere Regem caelorum &

Do minū, allelu ja.

Offertorium.

Dextera Do mini fe cit virtutem,

dextera Domini exaltavit me: non mo-

riar, sed vi vam, & narrabo opera Do-
mini, allelu ja.

Comunio

Per signum Crucis de inimi-

cis nostris li bera nos De us

no ster. Allelu ja

Die iv. Maij.

S. MONICÆ VI

dua duplex.

Oratio

Deus mœrentium consolator
& in te sperantium salus: qui
beata Monicæ piâs lacrymas in
conversione filij sui Augustini mi-
sericorditer suscepisti: * da nobis
utriusque interventu peccata no-
stra deplorare * & gratia tua in-
dulgentiâ invenire. Per Dñm.

Missa Cognovi fol. lxxj. Pro Graduali
Alleluja. Propter veritatem. fol. lxxj. cate-
ra ex Missa Cognovi. In Vesper. com. sequentis.

Die v. Maij.

S. PII QUINTI

Papa Confessor. Semid.

Oratio.

Deus, qui ad conterendos Ec-
clesiæ tuæ hostes, & ad divi-

num cultum reparandum. **P**rimū quinquaginta Pontificem maxīmū eligere dignatus es: * fac nos ipsius defēdi p̄sidijs, & ita tuis inhiarere obsequijs, * ut omnium hostium superaris infidijs, perpetua pace letemur. Per Dōminum.

*Missa. Statuit
Vespera de sequenti comem. p̄ced.*

Die vj. Maij.

S. JOANNIS ANTE

Portam lat. duplex maj.

Omnia de Comuni Apostolorū tempore paschali p̄ter sequentia.

Ad Magnificat in utrisq; Vesp.

In ferventis olei dolium missus beatus Joannes Apostolus, diuina se protegente gratia illa sus exivit alle luja. 4.

Oratio.

Deus, qui conspicias, quia nos undique mala nostra perturbant: * presta quæsumus, * ut beati Joannis Apostoli tui & Evangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per Dōminum.

Missa. Protexisti. fol. xvii. pro Grad. Alleluja. Justus germinabit. fol. xlv. Offertorium & comunio ex M. Protexisti. In Vesp. com. seq.

Die vij. Maij.

S. STANISLAI EP.

& Martyris duplex.

Oratio

Deus, pro cuius honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit: * presta quæsumus, * ut omnes, qui ejus implorant auxiliū, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dōminum.

*Missa. Protexisti.
Vespera de sequenti com. p̄ced.*

Die viij. Maij.

IN APPARITIONE

S. Michaelis Archang. dup. m.

Officium & Missa fit ut in xxix. Septemb. excepto eo, quod sequitur, et quod temp. pasch. All. addatur, ubi non est. In Vesp. com. seq. O Doctor.

In Missa pro Graduali.

Alle luja. **C**oncussus est

mare & contremuit terra, ubi

Archangelus Michael descendit

de celo, alle luja.

Die jx. Maij.

S. GREGORII NAZI

anzeni Ep. C. Doct. duplex.

Omnia de Comuni Confess. Pontificum & Doctorum. In Vesp. com. sequentis ac Ss. Gordiani & Epimachi Mm. ut infra.

Die x. Maij.

S. ANTONINI EPIS-
copi Confessoris. Semid.*In Hymno. Meruit supremos***Oratio.****S**ancti Antonini, Domine,
Confessoris tui atque Ponti-
ficis meritis adjuvemur: * ut fi-
cut te in illo mirabilem predicā-
mus: * ita in nos misericordē fuisse
gloriemur. Per Dñm.*In Laudibus com. Ss. Gordiani &c.***Oratio.****D**A, quasumq; omnipotens De-
us: * ut qui beatorū Māty-
rum tuōrum Gordiani & Epima-
chi solēnnia colimus: * eorū apud
te intercessionibus adjuvemur.
Per Dōminum.*Missa Statuit.**Vespera de sequenti. com. praeced.*

Die xj. Maij.

S. MAJOLI ABBA-
ris duplex.*Omnia de communi.**In Vesperis comem. sequentis.*

Die xij. Maij.

SS. NEREI, ACHILLEI
Domitilla & Pancratij M. Semid.**Oratio.****S**emper nos, Dñe, Mātyrum
tuōrum Nerei, Achillei, Do-
mitilla atq; Pancratij foveat, qua-
sumq; beāta solēnnitas: * & tuo
dignos * reddat obsequio. Per
Dōminum nostrum.*In Vesperis de sequenti comem. praeced.***Ad Missam.****E**cce oculi Do mini super**Intro-
itus.**

ti men tes e um, sperantes in

miser cordia eius, alle lu ja:

ute ri piat a morte a nimas

e o rum: quoniam adiutor &

pro tector nos ter est. *T.P.* Alle lu-

ja, alle lu ja.

Psalm.**E**xultate iusti in Domino: rectos decet**Pro Graduali.**
Alleluja. unum.
collaudatio. **Gloria. III.** Te Mātyrum.**folio. xxxvj. Offertor.** Confitebuntur. fol-
xviiij. **Comunio.** Gaudete folio. cxjc. **Extra**
temp. pasch. **Introitus** ut supra sed omiffis
Alleluja. **Cetera sume ex Missa.** Sapientiam

Die xiiij. Maij.

S. PETRI MARTY-
ris duplex.**Oratio.**

PRæsta quasumus omnipotens Deus: * ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur: * qui pro eiusdem fidei dilatatione, martyrij palmam meruit obtinere. Per Dñm.

Missæ. Protexisti. Extra temp. pasch. Missæ. Laetabitur.

Missæ. In virtute. In Vesp. à cap. de S. Hugone com. præced. & S. Bonifacij M. Die xxvj. Maij.

S. Bonifacij Mart.**Oratio.**

DA, quasumus, omnipotens Deus: * ut qui beati Bonifacij Martyris tui solennia colimus: * ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dñm.

Eodem Die

S. HUGONIS ABB.
duplex.

Omnia de communi. In Laud. fit comm. S. Bonifacij M. ut paulo supra.

Die xvj. Maij.

S. JOANNIS NEPO-
muceni Martyr. Semid.**Oratio.**

DEus, qui ob invictum beati Joannis Sacramentale silentium novam Ecclesiam tuam Martyrij coronam decorasti: * da nobis ejus intercessione & exemplo linguam cautè custodire: * ac omnia potius mala, quam animam detrimentum in hoc saculo tolerare. Per Dñm.

Missæ. Protexisti. Extra temp. pasch. Missæ. Laetabitur.

Vesp. à Capit. de seq. in Hymno Meruit supremos. com. præced.

Die xvij. Maij.

S. UBALDI EPIS-
copi & Confessor. Semid.**Oratio.**

Auxilium tuum nobis, Dñe, quasumus, placatus intende: * & intercessione beati Ubaldi Confessoris tui atq; Pontificis: * contra omnes diaboli nequitias dexteram super nos tuam propitiationis extende. Per Dñm.

*Missæ. Statuit.**Vespera à capit. de seq. com. præced.*

Die xxvij. Maij.

S. VENANTII
Martyris. Semidup.**Hymnus in Vesperis.**

Martyr Dei Venantius
Lux & decus Camertium
Tortore victo & iudice
Latus triumphum concinat

Annis puer, post vincula,
Post carceres, post verbera
Longa fame freméntibus
Cibus datur leonibus.

Sed ejus innocentia
Parcit leonum immánitas
Pedesque lambunt Martyris
Ita, famisque immemores.

Verso deorsum vertice
Haurire fumum cogitur:
Costas utrinque & viscera
Succensa lampas ustulat.

Sit laus Patri, sit Filio
Tibi que sancte Spiritus
Da per preces Venantij
Beata nobis gaudia. Amen.

Oratio.

DEus, qui hunc diem beati Venantij Martyris tui triumpho consecrasti: * exaudi preces.

pópuli tui & præsta. * ut, qui ejus
mérita venerámur, fidei constan-
tiam imitemur. Per Dñm.

Hymnus ad Laudes.

Dum nocte pulsa Lúciſer
Diem propinquam nūnciat
Nobis refert Venántius
Lucis beatæ múnera.

Nam criminum caliginem
Stygisq̄ue noctem depulit
Veroque cives lumine
Divinitatis imbuit.

Aquia sacri Baptifmatis
Luſtrávir ille pátriam
Quos tinxit unda, milites
In aſtra miſit Mártires.

Nunc Angelórum párticeps
Adéſto votis ſúpplicum:
Procul repélle crimina,
Tuúmque lumen ingere.

Sit laus Patri, ſit Filio &c. ut ſol.

Miſſa. Protexiſti. *Extra temp. Paſch.*

Miſſa. In virtute.
*Vesperæ de ſequenti com. præced. & fan-
ctæ Pudentianæ Virg. Or. Exaudi.*

Die xxj. Majj.

S. PETRI CÆLESTINI
Pontif. Confessor. duplex.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrũ Cæ-
leſtinum ad ſummi Ponificá-
tus apicem ſublímáſti: quíq̄ illũ
humilitáti poſtponere docuíſti. *
concede propítius, * ut ejus exé-
plo cuncta mundi deſpicere, & ad
promiſſa humilibus præmia per-
venire feliciter mereámur. Per Dñm.

*In Laudibus ſit commemoratio S. Puden-
tianæ Virg.*

Miſſa. Statuit
*In Vesp. ad Magn. Ana. Dum eſſet ſummus.
commem. ſequentis.*

Die xx. Majj.

S. BERNARDINI SEN.
Confessoris. Semidup.

S. AUGUSTINI E.
Confessoris. duplex.

Ggi.

Oratio.

Domine Jeſu, qui beáto Bernar-
dino Confefſóri tuo exímium
ſancti Nóm̄inis tui amórem tribu-
iſti: * ejus, quæ ſumus, méritis &
interceſſióne, * Spíritum nobis tu-
æ dilectiónis benignus infunde.
Qui vivis & regnas cū Deo Patre in
unitate ejúſdem Spíritus.

Miſſa. Os juſti. *de Comm.*

Die xxxij. Majj.

S. ROMANI ABB.

duplex.

Omnia de Communi.

Die xxv. Majj.

S. GREGORII SEPTI-
mi Papæ & Confessor. duplex.

Oratio.

Deus in te ſperántium fortitú-
do, qui beátum Gregórium
Confefſórem tuum atque Pontificẽ
pro tuenda Eccleſiæ libertáte vir-
túte conſtántiæ roboráſti: * da
nobis ejus exémplo & interceſſió-
ne * omnia adverſántia fórtiter
ſuperáre. Per Dominum.

*ſit commem. S. Urbani Papæ & Martyr.
in Vesper. & Laudibus.*

Oratio.

DA, quæ ſumus, omnipotens De-
us: * ut qui beáti Urbáni Már-
tyris tui atque Pontificis ſolémnia
cólimus, * ejus apud te interceſſió-
nibus adjuvémur. Per Dñm.

Miſſa. Statuit.
*Vesperæ à Capitulo de ſequenti, com. præc.
& S. Eleutherij P.M. O. Infirmis rem.*

Die xxxvj. Majj.

Oratio

DEus, qui in gentium conver-
sione pius beati Augustini Con-
fessoris tui atque Pontificis preces
misericorditer suscepisti: * ejus mé-
ritis & intercessione concede, * ut
peccata nostra deflentes, indulgē-
tiarū tuarum munere consolēmur.
Per Dominum.

*Dein fit in Laud. com. S. Eleutherij P. M.
Missa. Sacerdotes tui.*

*Vespera à cap. de seq. mut. v. Hym. Meruit
præced. & S. Joannis Pap. M. Or. Deus qui nos. //
Die xxvij. Maij.*

VEN. BEDÆ PRESB.

Confess. Doct. duplex.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam be-
ati Bedæ Confessoris tui atque
Doctōris eruditione clarificas: *
concede propitius famulis tuis; *
ejus semper illustrari sapientia, &
meritis adjuvari. Per Dominum.

*In Laud. fit comem. S. Joannis Pap. M.
Missa In medio. folio. xlv.*

*Vespera à cap. de seq. v. Hym. Meruit supre-
mos. comem. præced.
Die xxviiij. Maij.*

S. BONIFACII IV.

Papæ Confess. duplex.

Oratio.

DEus, qui populo tuo in multis
periculis constituto beati Bo-
nifacii Confessoris tui atque Ponti-
ficis mirā vigiliātiā providisti: *
concede propitius, * ut cujus glori-
osa merita venerāmur, perennibz
auxilijs muniāmur. Per Dñm.

*Missa Statuit
Vespera à cap. de seq. mut. v. Hym. Meruit
supremos. comem. præced.*

Die xxxj. Maij.

S. GENADII EPISC.

Confessoris, duplex.

Omnia de communi primo loco.

*Vespera à cap. de seq. mut. v. Hym. Meruit
supremos. com. præc. & S. Felicis P. M. Infirmatē
Die xxx. Maij.*

S. PHILIPPI NEREI

Confessoris, duplex.

Oratio.

DEus, qui beatum Philippum
Confessorem tuum Sanctōrū
tuorū gloriā sublimasti: * con-
cede propitius, * ut cujus solemp-
nitate lætāmur, ejus virtutum pro-
ficiāmus exemplo. Per Dominum.

*In Laud. fit com. S. Felicis Pap. M.
In Vesp. com. seq. & S. Petronilla V. Ant. & v. Laud.
Exaudi, nos Deus.*

Ad Missam Introitu.

Charitas Dei diffu-
sa est in
cordibus nostris, per inhabitan-

tem Spiritum eius in nobis.

Alle lu ja, alle lu ja.

Psalm.

Benedic anima, mea Domino: & omnia, qua

intra me sunt nomini sancto ejus. **III.**

Pro Graduali

Alle lu ja, alle lu ja. **D**e.

excello misit ignem in ossibz

meis, & erudivit me, alle lu ja.

Tempore Paschali.

Alle lu ja. **C**oncaluit

cor meum intra me: & in me

ditatio ne mea exardescet

ignis, alle lu ja.

Offertorium.

Viam mandatorum tuorum cucur

ri, cum dilatasti cor meum. **T.P.** Alle lu ja.

Communiq.

Cor meum, & caro mea ex

ulta ve runt in Deum vi

vum. **T.P.** Alle lu ja.

Die xxxj. May.

S. M A R I Æ M A G D.

de Pazzis Virg. Semidup.

Oratio.

Deus Virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalēnā tuo amore succēnsam cęlestibz donis decorāsti. * da, ut quam festivā celebritate venerāmur; * puritate & charitate imitemur. per Dominum.

In Laud. fit cōmem. S. Petronilla Virg. per Ant. & ex Vesp. Missa Dilexisti.

Vesperę de sequenti cōmem. preced.

F E S T A J U N I I

Die j. Junij.

S. E N N E C O N I S

Abbatis, duplex.

Oratio.

Proptiare, quaesumus Domine, nobis famulis tuis per sancti Confessoris tui Enneconis merita gloriosa. * ut ejus pia intercessione * ab omnibus semper protegatur adversis. Per Dominum.

In Vesp. commem. sequentis.

Die ij. Junij.

SS. Marcellini, Petri & Erasmi Mm.

Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Marcellini, Petri atque Erasmi solemnitate laetificas. * praesta quaesumus; ut quorum gaudemus meritis. * accendamus exemplis. Per Dominum.

Die v. Junij.

S. BONIFACII

Episc. & Mart. duplex.

Oratio.

Deus, qui multitudinem populorum beati Bonifacii Martyris tui atque Pontificis praedicatione ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es. * concede propitius. * ut ipsius intercessione omnes ad te feliciter pervenire mereamur. Per Dominum.

Missae Statuit. temp. Pasch. Proteristi.
Vesperae a cap. de seq. commem. preced.

Die vj. Junij.

S. CLAUDII EP.

& Confessoris duplex.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis, qui quae [hodierna die]

beatum Claudium Confessorem tuum atque Pontificem aeternae beatitudinis gloria sublimasti. * concede propitius, ut cujus merita veneramur in terris. * intercessionis ejus auxilio apud tuam misericordiam muniamur in caelis. Per Dominum.

Missae Sacerdotes tui.

Vesp. a Cap. de seq. comm. praec.

Die vij. Junij.

S. NORBERTI E.

& Confessoris duplex.

Oratio.

Deus, qui beatum Norbertum Confessorem tuum atque Pontificem verbi tui praedicationem eximium effecisti. & per eum Ecclesiam tuam novam prole fecundasti. * praesta quaesumus, ut ejusdem pijs suffragantibus meritis, quod opere simul & opere docuit. * te adjuvante exercere valeamus. Per Dominum nostrum.

Missae Statuit.

Die ix. Junij.

SS. Primi & Feliciani Mm.

Oratio.

Fac nos, quaesumus Domine, sanctorum Martyrum tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari. * quorum suffragiis. * protectionis tuae dona sentimus. Per Dominum.

Die x. Junij.

S. MARGARITAE

Schotor. Reginae Vid. Semid.

Oratio.

Deus, qui beatam Margaritam Schotorum Reginae eximia in

pauperes charitate mirabile ef-
fecisti: * da. ut ejus intercessione
& exemplo * tua in cordibus no-
stris charitas jugiter augeatur.
Per Dominum.

*Missa. Cognovi.
Vespera à cap. de seq. com. preced.
Die xj. Junij.*

S. BARNABÆ

*Apostoli. duplex. maj.
Oratio.*

DEus, qui nos beati Barnabæ
Apostoli tui meritis & inter-
cessione latificas: * concede pro-
pitius; * ut qui tua per eum bene-
ficia poscimus, dono tua gratia
consequamur. Per Dominum.

*Missa. Mihi autem. de Comm. fol. xij.
In Vesperis comem. sequent. ac Ss. Basili-
dis, Cyrini &c. Mm. ut infra.*

Die xij. Junij.

S. LEONIS III. PA- PÆ Confess. duplex.

Oratio.

DEus, qui beatum Leonem Co-
nfessorem tuum atq; Pontificem
virtute constantia in exercendo
pastorali munere contra sæculi
potestates corroborasti: * tribue
quæsumus nobis famulis tuis,
& ejus apud te intercessionibus
adjuuari: * & ab omni hostium im-
pugnatione defendi. Per Dñm.

In Laud. comem. SS. Mart. Basilidis &c.

Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum
Basilidis, Cyrini, Naboris at-
que Nazarij, quæsumus Domine,
natalitia nobis votiva resplende-

ant: * & quod illis contulit excellen-
tia sempiterna, * fructibus nostra
devotionis accrescat. Per Dñm.

*Missa. Statuit.
Vespera à cap. de seq. com. preced.*

Die xiiij. Junij.

S. ANTONII

de Padua Conf. duplex.

Oratio.

Ecclēsiam tuam Deus beati An-
tonij Confessoris tui sollemnitas
votiva latificet: * ut spiritualibus
semper muniatur auxilijs: * &
gaudijs perfrui mereatur æternis
Per Dominum.

*Missa. Os justi.
Vespera à cap. de seq. com. preced.*

Die xv. Junij.

S. FELICIS MO- NACHI Mart. duplex.

Oratio.

DEus tuorum fortitudo San-
ctorum, qui beatum Felicē
illustri martyrio honorare dig-
natus es: * te supplices exoramus;
ut ipso pro nobis intercedente fi-
dem ejus sectemur in terris: * &
gloria participes efficiamur in
cælis. Per Dominum.

*Missa. In virtute.
Vespera à cap. de sequenti comem. præc.*

Die xv. Junij.

SS. VITI, MODESTI atq; Crescentiæ Mm. duplex.

Oratio.

DA Ecclēsiæ tuæ, quæsumus
Domine, sanctis Martyribus
tuis Vito, Modesto atq; Crescentiã

intercedentibus, superbe non sapere: * sed tibi placita humilitate proficere, * ut prava despiciens, quaecumque recta sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum.

Vespera à cap. de seq. com. preced.
Hodie fit Processio votiva, pro qua vide & infra folio xxxij.

Ad Missam.

M *U*lta tribulationes iustorum, & de his omnibus liberavit eos Dominus. Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conturbatur.

Psalmus.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. *II.*
Graduale. Alla alla. Sancti tui. supra. 413.
Offertorium.

Mirabilis Deus in sanctis suis.

is: Deus Israël, ipse dabit virtutem
 & fortitudo digne plebi suae: beatus natus
 Deus.

Comunio.

Justorum animae in manu Dei sunt
 & non tanget illos tormentum
 malitiae: visi sunt oculis impien-
 tium mori illi autem fuit in pace.

Die xvj. Junij.

S. JOANNIS A. S.

Facundo Conf. duplex.

mut. & Hymni.

Oratio.

Deus auctor pacis, & amator charitatis, qui beatum Joannem Confessorem tuum mirifica diffidentes componendi gratia decorasti. * ejus meritis & intercessionem concede. * ut in tua charitate firmati, nullis à te tentationibus separeremur. Per Dominum.

Missa. Os justorum de com.
Vesp. à Cap. de seq. Meruit supremos com. preced.

Die xvij. Junij.

S. BASILIJ MAG.

Episc. Conf. Doct. dupl.

Oratio Exaudi quæsumus II. de comuni.
In Missa Introitus In medio fol. xlv. Grad. Alla
alla. Inveni David. sup. 402. Offert. Veritas mea
xxvj. Communio. Fidelis servus fol. xliij.
In Vesperis commemor. sequentis.

Die xvij. Junij.

SS. Marci & Marcelliani Mm.

Oratio

Pæsta quæsumus, omnipotens
Deus: * ut qui sanctorum mar-
tyrum tuorum Marci & Marcelliani
natalitia colimus, * a cunctis
malis imminenti bus eorū interces-
sionibus liberemur. Per Dñm.

Vesperæ de sequenti.

Die xvj. Junij.

SS. GERVASIJ & PRO- tasij Martyrū, Semid.

Oratio Deus qui nos annua III. de com.

Ad Missam.

Loque tur Dominus pa-

Intro-
itus.

cem in plebē tuam, & super san-

ctos luscus, & in eos, qui con-

vertuntur ad ipsum.

Psalmus

Gg. 4.

Benedixisti Domine terram tuam: a-
vertisti captivitatem Jacob. III.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja. Hæc
est vera fraternitas, quæ vitæ

mundi crimina. Christum secuta est

in clita tenens regna cæle-

stia, al le lu ja.

Offertoriū
Lætamini.
supra. 413.

Communio.

Posuerunt mortalia fervorū
tuo rū Domine escas volati liby

tuorū Domine escas volati liby

caeli carnes Sanctorum tuorum be-

filij terra secundum magnitu-

dinem brachij tuum posside

filios morte puni-
tum

Vespera à capit. de seq. ut infra. com. preced. ac S. Sylverij Papa. M. Oratio Infirmis. I. demum S. Florentina. V. Ana. Veni Sponsa. x. Dif. tusa est. Oratio Exaudi. III.

Die xxij. Junij.

S. JULIANÆ DE Falconerij Virg. Semid.

Hymnus seq. in Vesperis cantatur ut Hymnus Jesu corona virginum. in comuni.

Celestis Agni nuptias
O Juliána, dum petis:
Domum paternam deseris,
Chorumque ducis Virginum.

Sponsumque suffixum Cruci
Noctes diesque dum gemis,
Doloris icta cuspide
Sponsi refers imaginem.

Quin septiformi vulnere
Fles ad genu Despara;
Sed crescit infusa fletu
Flammaeque tollit charitas.

Hinc morte festam proxima
Non usitato te modo
Solatur & nutrit Deus

Dapem supernam porrigens.

Ætérne rerum conditor
Ætérne Fili par Patri
Et par utriusque Spiritus
Soli tibi sit gloria. Amen.

Oratio.

Deus, qui beatam Juliánam
Virginem tuam extrémo mor-
bò laborantem pretioso Filij tui
Corpore mirabiliter recreare dig-
natus es: * concede quæsumus; ut e-
jus intercedentibus méritis, nos
quoque eodem in mortis agone refé-
cti, ac roborati, * ad caelestem pa-
triam perducamur. Per eundem Dñm.

In Laud. fit comem. de S. Sylverio P.M. dein de S. Florentina. V. Ana. Veni Sponsa. x. Specie tua. Oratio Exaudi.

Missa Dilexisti.

Die xxij. Junij.

S. Paulini Episc. Confess.

Oratio Da quæsumus. I.

Vespera feriales, in quibus fit comem. de S. Ediltrude. V. Oratio Exaudi. III.

Die xxij. Junij.

In Vigilia S. Joannis B.

Oratio.

Praesta quæsumus, omnipotens
Deus: ut familia tua per viam
salutis incédât, & beati Joannis
Præcursoris hortamenta sectan-
do, ad eum quem prædixit, secun-
da perveniat Dominum nostrum
Jesum Christum Filium tuum, qui

In Laud. fit Commem. S. Ediltrudis Virg.

Ad Missam Introitu.

NE timeas Zacharia: exaudi-
ta est oratio tua, & Elisabeth uxor

tua pa-riet tibi filium, & vocabis
 nomen ejus Joannem: & erit magnus co-
 ram Domino: & Spiritu sancto replebi-
 tur adhuc ex utero matris suae: & mul-
 ti in nati vitate ejus garr de bunt. *Psal.*

Do mine in virtute tua latabitur Rex:

& super salutare tuum exultabit vehemen-
 ter. *Gloria Patri VII.*

Graduale.

Fuit homo missus a Deo, cui no men
 erat Joannes. Hic venit ut testimonium
 perhiberet de lumine parare Domino

plebem perfe - ctam. *re. fol. xxxvij.*
Communio Magna est. fol. 526.

DIE XXIV. JUNIJ.

IN FESTO NATIVITATIS

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Patroni secundarij Ecclesie Schutterens.

Duplex I. Classis.

NB. Circa hoc Festum, quid attendendum sit, vide supra in Festo SS. Corporis Christi.

In I. Vesperis Antiphonæ.



Ise præibit ante illum
 in spiritu & virtute

E li æ parare Domino ple-
 bem perfectam. *Dixit Dominus cum rel. de Dom. A.*

Joannes est nomen ejus, vinum

& ficeram non bibet, & mul ti
 in nativita te e jus gaudebunt

Confitebor. C.

Ex utero senectutis & steri li

Joannes natus est Praecursor

Domini. *Beatus vir. A.*

Gg.5.

Iste puer magnus coram Domino
 nā & manus ejus cū iplo est. *Laudate.*
Capitulum. *Psalmus.*

Audite infirā & attendite
 pōpuli de longē. Dōminus
 ab utero vocāvit me de ven-
 tre matris meae recordatus est nō-
 minis mei.

Responsorium breve.

Inter natos mulierum * non
 surrexit major. *Psalmus.* Joannē Bapti-
 sta. *Gloria Patri.* *Hymnus.*

Ut queant laxis resonare fibris
 Mira gestorum famuli tuorum
 Solve polluti labij reatum.

Sancte Joannes.
Nuntius cello veniens Olympo
 Te patri magnum fore nasciturū,
 Nomen & vitā seriē gerendā
 Ordine promit.

Ille promissi dūbius superni,
 Perdidi promptā modulos loquelae.
 Sed reformasti gēnitus peremptae
 Organa vocis.

Ventris obstrūso recubans cubili
 Senferas Regem thalamō manentē.
 Hinc Parens Nati mēritis uterque

Abdita pandit.

Gloria Patri, Gēnitaeque Proli
 Et tibi compar utriusque semper
 Spīritus alme, Deus unus, omni
 Tēpore sacri.

* Fuit homo missus à Deo. *Psalmus.* Cui
 nōmen erat Joannes.

Ad Magnificat Antiph.

Ingressō Zacharia templū Dñi
 apparuit ei Gabriel Ange-
 lus stans à dextris alta ris in-
 censi. *Psalmus.*

Oratio.

Deus, qui presentem diem
 honorabilem nobis in beati
 Joannis Nativitate fecisti: * da
 pōpulis tuis spīritualium grātiā
 gaudiōrum, * & omnium fideliū
 mentes dirige in viam salutis æ-
 ternae. Per Dōminum.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Eli sabeth Zacharia
 magnū virum genuit Joannem
 Baptistam Præcursorem Dñi.

3.

Innuebant Patri ejus quem vel

let vocari eum: & scripsit dicens:

Joannes est nomen ejus. 4.

Joannes vocabitur nomen ejus:

& in nativitate ejus multi gau-

debunt. 1.

Inter natos mulierum non sur-

rexit major Joanne Baptista. 3.

Tu puer Propheta Altissimi

vocaberis: præbis ante Domi-

num parare vias ejus. 3.

Capitulum. Audite insula. supra.

Responsorium breve.

Fuit homo * missus à Deo.

* Cui nomen erat Joannes Gloria sequens Hymnus cantatur ut ille, qui ad Vesper. supra.

Hymnus.

ONimis felix, meritisq; celsi,
Nesciens labè nivei pudoris,
Præpotens martyr nemorumque
cultor, Maxime Vatum!

Serta ter denis alios coronant
Aucta cremèntis: duplicata quosdã
Trina centeno cumulata fructu,

Te Sacer ornant.

Nunc potens nostri méritis opimis
Pectoris duros lapides repelle:

Asperũ planans iter, & reflexos
Dirige calles.

Ut pius mundi fator & redemptor
Mentibus pulsã liviõne, puris
Ritè dignetur veniens sacratos
Ponere gressus.

Laudibus cives celebrent supèrni
Te Deus simplex pariterque Trine
Supplices & nos veniam precamur
Parce redemptis. Amen.

* Iste Puer magnus coram Dño.

* Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Benedictus Antiph.

Apertum est os Zachariã & pro-

phetavit dicens: Benedictus

Deus Israhel. 3.

Oratio. Deus, qui præsentem supra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Innuebant.

Capitulum. Audite insula. supra.

* Fuit homo missus à Deo. * Cui nomen erat Joannes.

Ad Sextam.

Antiphona. Joannes vocabitur.

Capitulum. *Joan. 49.*

Et nunc hæc dicit Dominus, for-
mans me ex utero servum, si-
bi: dedi te in lucè gentium, ut sis
salus mea usq; ad extrémũ terra.

* Inter natos mulierum non sur-
rexit major. * Joanne Baptista.

Ad Nonam.

Antiphona. Tu Puer.

Capitulum.

Ipsa 19.

Reges vidébunt & confurgent principes, & adorábunt Dóminum Deum tuum, & sanctum Israél, qui elegit te.

v. Elisabeth Zachariæ magnum virum genuit. **B.** Joánnem Baptistam Præcursorem Dómini.

In II. Vesperis.

Antiph. Elisabeth Zachariæ &c. ex Laud. Psalmi, Capitul. & br. & Hymnus supra ex I. Vesperis.

v. Iste puer magnus coram Dómino. **B.** Nam & manus ejus cum ipso est.

Ad Magnificat Antiph.

Puer, qui natus est nobis plus quam Propheta est: hic est enim, de quo Salvator ait: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.

Oratio Deus qui præsentem diem supra de in fit Commemoratio sequentis. Similia bo.

Ad Processionem.

Fuit homo missus a De-

o, cui nomen erat Joannes **Hic**
o, cui nomen erat Joannes **Hic**
venit in testimonium, ut testimo-
niū perhiberet de lumine & para-
ret Domino plebe perfe ctam.

X. Erat Joannes in deserto prædicans Baptismum Poenitentia.

Ad Missam.

De-ven-tre matris me-
Introi-
tus.

-a vocavit me Dominus no mi-

ne meo & posuit os meum ut

gladius acutum: sub tegumento ma-

nus suæ protexit me, & posuit

me qua si sagitta tunc clam-

Psalmus.

Bonum est confiteri Domino, & psallere
nomini tuo Altissime. **I.**

Pro Graduali.

Allelu ja, al le lu ja.

Tu pu-er Prophe-ta Al-

-tissimi vocaberis præ-

ibis ante Do-minum parare vi-

as ejus, allelu ja.

Offertorium. Justus ut palma. fol. c. lvi.

Communio.

Tu Pu-er Prophe-ta Altissimi vo-

-caberis: præ ibis enim ante

fa-ciem Domini pa-ra te



vias e jus.

Die xxvj. Junij.

S. GUILIELMI

Abbatis, duplex.

In Laud. fit comem. de Octava S. Joann. B.
In Vesper. capitulum de seq. ut infra, com. prat.
& Octava S. Joannis. Añā fuer. qui natus est.

Die xxvj. Junij.

SS. JOANNIS & PAULI

Martyrum, duplex.

Omnia de Comuni præter sequentia.

In I. Vesp. ad Magnificat Añā.



Assiterunt iusti ante Dominū

& ab invicem non sunt separa-

ti, ca licē Do mini bibe-

runt & amici Dei appellati sunt.

Oratio.

Quæsumus omnipotens De-
us, ut nos geminata lætitia ho-
dierna festivitatis excipiat: *
quæ de beatorum Joannis & Pau-
li glorificatione procedit, * quos
eadem fides & passio verè fecit
esse germanos. Per Dominum.

Ad Laudes & Horas Añæ.

Paulus & Joannes dixerunt

Juli ano: Nos unum Deum co-
limus, qui fecit calū & terrā. ∞.

Paulus & Joannes dixerunt Te-
rentiano: Si tuus Dominus est

Julianus, habeto pacem cum illo:

nobis alius non est, nisi Dominus

Jesus Christus. ∞.

Joannes & Paulus agnoscentes

tyrannidem Juliani, facultates

suas pauperibus erogare cœ-

perunt. A.

Añā IV. Sancti Spiritus & ani-
mæ justorum, hymnum dicite
Deo, allelúja.

Joannes & Paulus dixerunt ad

Gallicanum: Fac votum Deo ca-

li, & eris victor melius quam

tu isti. A.

Ad Benedictus Antiphona.

Isti sunt sancti, qui pro Christi amore minas hominum contempserunt: sancti Martyres in regno calorum exultant cū Angelis: o quam pretiosa est mors Sanctorum, qui assidue assistunt ante Dominum, & ab invicem non sunt separati.

In Laud. comem. Octava S. Joannis B.
In II. Vesp. Añā ex laud. Paulus & Joannes.
cetera de communi plurim. Mart.

Ad Magnificat Antiph.

Isti sunt duæ o livæ & duo
candela bra lucen tia an te
Do minū: habent potesta-
tem claudere cælum nubib9
& aperire portas e jus, quia
lingua eo rum claves cæli
factæ sunt.

Dein fit comem. Octava S. Joannis B.
Ad Missam Introitus Mulsæ tribulationes. sup. fol. 480. Pro Graduali Alla, alla. Hæc est vera. supra fol. 481.

Offertorium.

Gloriabatur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu Domine benedices iusto: Domine ut scuto bo-

ne voluntatis tuæ & coram nati nos.
Communio Et sic coram. infra fol. xxxv.

Die xxvii. Junij.

QUARTA DIE INF.

Octavam Nativ. S. Joann. B.

Omnia ut in die festo ritu semiduplici.
Vespera a Capitulo de seq. comj. Octava.

Die xxvii. Junij.

S. LEONIS II. P.

Confessoris. Semidup.

Oratio.

Deus, qui beatum Leonem Pontificem Sanctorum tuorum meritis coequalisti: * concede propitius; ut qui commemorationis ejus festa percolimus, * vitæ quoque imitemur exempla. Per Dominum.

In Laud. fit comem. Octava ut sup. in die & Vigilia Ss. Petri & Pauli. Añā & x. ex Pfalter.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbationibus concuti; quos in apostolica confessionis petra solidasti. Per Dominum.

Missa Sacerdotes.

Si hoc festum S. Leonis venerit in Dominica, transfertur post Octavam Apost. & in Sabbato, in quo fit de Octava S. Joannis, fit comem. Vigil. ad Laud. tantum. Missa verò de Vigilia fit ut sequitur.

Ad Missam Introitus.

Dicit Dominus Petro: cū es junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: cū autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget &

ducet, quo tu non vis. hoc autē di-
 xit, significans, qua morte clarifi-
 catu rus esset Deum. **Psal.** Ca li e-
 narrant gloriam Dei: & opera manū
 ejus annuntiat firmamentum **III. le.**
In omnem terram exi vit sonus

e orum, & in fines orbis terrā ver-
 ba eo - rum. **Offertorium.**
Mihi autem. **sup.**
folio. 381.
Communio. **S**i mon Joan nis, di li-
 gis me plus his? Domine tu omnia
 nosti: tu scis Domine, quia a-
 - mote.

DIE XXIX. JUNI.

IN FESTO SS. PETRI ET PAU- LI APOSTOLORUM.

Patronorum secundarior. Ecclesie Schutterensis.

Duplex. I. Classis.

AD I. VESPERAS

Antiph. Petrus & Joannes. ex Laud. infra
 Psalmi de Dominica.
 Capitulum.

Misit Herodes rex ma-
 nus, ut affligeret quos-
 dam de Ecclesia. Occi-
 dit autem Jacobum fra-
 trem Joannis gladio. Vi-
 dens autem, quia placere-
 t Judais, apposuit, ut apprehenderet & Pe-
 trum. **Rc.** Deo gratias.

R. brev. Constitues eos **de Comuni Apost.**
Hymnus.

Aure a luce & decore roseo
 Lux lucis omne perfudisti seculū

Decorans caelos in clyto Martyrio
 Hac sacra die, qua dat reis veniam.
Janitor caeli, Doctor orbis pariter,
 Iudices seculi, vera mundi lumina:
 Per Crucem alter, alter Ense triumphas
 Vita senatū laureati possident.
Ofelix Roma, qua tantorū Principū
 Es purpurata pretioso sanguine!
 Non laude tuā, sed ipsorum meritis
 Excellis omnem mundi pulchritudine
Sit Trinitati sempiterna gloria
 Honor, potestas atque jubilatio
 In Unitate, cui manet imperium
 Ex tunc, & modo, per aeterna secula
 Amen.

* In omnem terram.

Ad Magnificat Antiph.

Tu es Pastor ovium Princeps
Apostolorum: tibi traditæ sunt
claves regni cælorum.

Oratio.

Deus, qui hodiernam diem
Apostolorum tuorum Petri
& Pauli martyrio consecrasti: *
da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus
sequi præceptum: * per quos reli-
gionis sumptit exordiū. Per Dñm.

Et non fit ulla commemoratio.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Petrus & Joannes ascende-
bant in templum ad horam o-
rati o nis nonam.

Argentum & aurum non est mi-
hi: quod autem habeo, hoc tibi
do.

Dixit Angelus ad Petrum: Cir-
cumda tibi vestimentū tuum &
sequere me.

Misit Dominus Angelum suum &
liberavit me de manu Herodis,
al le lu ja.

Tu es Petrus, & super hanc petra
ædificabo Ecclesiam meam.

Capit. Misit Herodes sup. B. br. In omnem.
Sequens Hymnus cantatur ut ille ad Vesp.

Hymnus.

Jam bone Pastor Petre clemens accipe.
Vota precantū, & peccati vincula.
Resolve, tibi potestate traditā,
Qua cunctis cælum claudis, aperis.

Doctor egregie Pauli mores instrue,
Et mente poliū nos transfere satage.
Donec perfectū largiatur pleniū,
Evacuato, quod ex parte gerimus.

Sit Trinitati sempiterna gloria.

* Annuntiaverunt. &c. ut sup. in Vesp.

Ad Benedictus Antiph.

Quodcumq; ligaveris super terrā
erit ligatum & in cælis: & quod-
cumq; sol veris super terram, e-
rit solutum & in cælis, dicit Do-
minus Simoni Petro.

Oratio. Deus, qui hodiernam supra.
& non fit aliqua commem.

Ad Tertiam.

Hh.i.

Antiphona Argentum.
Capitulum Misit Herodes rex. *supra*
Ps. In omnem terram.

Ad Sextam.

Antiphona Dixit Angelus.
Capitulum. *Act. 12.*

Petrus quidem servabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Ps. Constitues eos principes.

Ad Nonam.

Antiphona Tu es Petrus.
Capitulum. *Act. 12.*

Et Petrus ad se reversus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

Ps. Nimis honorati.

In II. Vesperis

Antiph. Juravit Dominus. & *Psalmi de Communi Apostol.* *Capituli vero B. brev. & Hymnus ut supra in j. Vesperis.*
Ps. Annuntiaverunt.

Ad Magnificat Aña.

Hodie Simon Petrus ascendit crucis paribulum, alleluja.
Hodie clavicularius regni gaudens migravit ad Christum.
Hodie Paulus Apostolus lumen orbis terræ inclinato capite pro Christi nomine martyrio

coronatus est, alle luja. *A.*
Non fit aliqua commemoratio.

Ad Processionē.

Quem dicunt homines esse filium hominis? dixit Jesus discipulis
Tu es Christus Filius Dei vi vi.

Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus: & super hanc petra[m] adificabo Ecclesiam meam.

mi sit Dominus Angelum suum & de-
 ri puit me de manu Herodis, & de
 omni expectatione plebis Judae-
 o rum.

Psalms.

Domine probasti me & cognovisti me: tu
 cognovisti sessionem meam & resurrecti-
 onem meam. **III.**

Pro Graduali.
 Alla, alla. Tu es Petrus supra 412.

Offertorium. Constitues eos. fol. 434. **Com-
 munionio.** Tu es Petrus. folio. 413.

Die xxx. Junij.

IN COMMEMORATIONE S. Pauli Apostoli, Duplex.

Antiphonae. B. br. Hymnus, & Versus ad Laudes & Horas ex festo Conversionis ejusdem sup. fol. 414. **Oratio vero & Capitula ut sequitur.**

Capitulum in Laud. & ad Tertiam.
Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex.

Hh.2.

Ad Missam.

Nunc scio vere, quia
 Introitus.

Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in caelis.

Capitulum ad Sextam.

NE magnitudo revelationū ex-
tollat me, datus est mihi stimu-
lus carnis meae, angelus satanae, qui
me colaphizet. Propter quod ter Dō-
minū rogavi, ut discederet a me, &
dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea.

Capitulum ad Nonam.

Ego enim sum minimus Apo-
stolorum, qui non sum dignus
vocari apostolus; quoniam perfecū-
tus sum Ecclesiam Dei. Gratia at-
tem Dei sum id, quod sum, & gratia

Oratio.

Deus, qui multitudinem gentiū
beati Pauli Apostoli prædica-
tione docuisti: * da nobis quaesum-
mus; * ut cujus natalitia colimus,
ejus apud te patrocinia sentiā-
mus. Per Dominum.

In Laud. imediatē fit comēm. S. Petri. Añā. Tu es Pastor ovium. & Tu es Petrus. Or. Deus qui beato Petro. &c. ut supra in festo Cathedrae Rom. fol. 411.

Deinde comēm. Oct. S. Joanni. Añā. Apertū est. & Iste puer magnus. Or. Deus, qui præsentem diem honorabilem.

Ad Missam Introitus. Scio cui credidi. supra fol. 416.

Pro Graduali.

Allelu ja, al le lu ja. **S**c̄te

Pau le Apo stole, prædicator veri-

tatis, & Doctor gen tiū, interce-



de pro no - bis al le lu ja
Offertorium. Mihi autem. supra folio. 381. Communio. Amen dico vobis. infra folio. 11. In Vesp. Anz juravit Dominus cū reliq. de Com. Apost. A Capit. fit de Die Octava S. Joannis, ut in j. Vesp. Festi. in fine pro comēm. SS. Apostolorum. Añā. Petrus Apostolus. & Constitutes eos. vide infra. 496. Or. Deus, qui hodiernam diem. supra folio. 491.

FESTA JULIJ.

Die j. Julij.

OCTAVA NATIV.

S. Joannis Baptistæ, Duplex.

Omnia ut supra in ipso die Festi. In Laud. fit comēm. Oct. Ss. Apostol. Añā. Gloriosi Principes terræ. & In omnem terram, ut infra. 498. Or. Deus, qui hodiernam diem. Vesperæ de sequenti, comēm. ut infra.

Die ij. Julij.

IN FESTO VISIT.

B. MARIE V.

Duplex majus.

Ad Vesperas Antiph. Exurgens Maria ex Laudibus. cetera de Comuni B. M. V.

& Benedicta tu in mulieribus. & Et benedictus fructus ventris tui. Ad Magnificat Añā. Beata es Maria. vide in Comuni ad Benedictus. iv.

Oratio.

Famulis tuis, quaesumus Dō-
mine, caelestis gratia munus
impertire: * ut quibus beata Vir-
ginis partus exitit salutis exor-
dium, * Visitatiōnis ejus votiva so-
lemnitas pacis tribuat incremē-
tum. Per Dominum.

Deinde fit Comēm. S. Joannis B. Añā. Puer, qui natus est. & Iste puer magnus. Or. Deus, qui præsentem. Ac SS. Apostol. Añā. Petrus Apostolus. & Constitutes eos. Or. Deus, qui hodiernam tandem etiam SS. Mart. Proceffi & Martini.

Oratio.

DEUS, qui nos sanctorū Martirum tuorum Procelli & Martiniani gloriōsis confessionibus circumdās & protegis: da nobis & eorū imitatione proficere, & intercessionib; gaudere. Per Dñm.

In Complet. et alijs Horis pro clausula. Hymni dicitur. Gloria tibi... qui natus es de.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Virgens Maria a-
bijt in montana cū

festina tione in civita tem
Juda. 1.

Intravit Maria in domū Za-
charia, & salutavit E li-
beth. 2.

Ut audivit salutationem Mari-
& Eli sabeth, exultavit Infans in
u te ro ejus, & repleta est Spi-
tu sancto, alleluja. 3.

Benedicta tu inter muli eres,
& benedict; fruct; ventristui. 4.

Ex quo facta est vox salutationis
tuæ in au ribus meis, exultavit
infans in u te ro meo, alleluja. 5.

Capitul. B. br. & Hymnus infra de Comuni
B. Mariae Virg.
Benedicta tu in mulierib; &c. sup.
Ad Benedictus Antiphona.

Cum audisset salutationē Mari-
& Elifabeth, exclamavit voce
magnā & dixit: Unde hoc mihi,
ut veniat mater Domini mei
ad me? alleluja. 6.

In Laud. fit comem. Ss. Apostolor. ut heri.
& Ss. Procelli & Martiniani mart:
Ad Horas Añā de Laud. Capitula verò &c.
de comuni B. M. V. Or. ut supra.
In II. Vesperis omnia ut j. exceptā Añā ad
Magnificat quæ sumitur ex Comuni B. M. V.
& fit comem. Ss. Apostol. ut heri dictum est.
Ad Processionem B. Felix namque de Com. jv.
Missa tota ut habetur in festo Conceptionis.
Die iij. Julij.

QUINTA DIE INE

Octavam SS. Petri & Pauli.
Ad Laudes & Horas omnia de Comuni Apo-
stolorū præter hęc notata.
B. breve. Constitues eos. Hym. Exultet cæ-
lum. In omnem terram.

Ad Benedictus Antiph.
Gloriōsi Principes terræ, quómo
Hh. 3.

do in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

Oratio. Deus qui hodiernam diem, ex Festo. Vespera de sequenti ut infra. *comem. Octava Ss. Apost. Añā.* cuius cantū vide in Suffrag. 40.

Petrus Apostolus & **Paulus** Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine. *x. Constitues eos. &c.*

Orat. Deus, qui hodiernam diem, &c. ex festo.

Ad Missam Introit. Mihi autem. F. xij.

Pro Graduali.

Alle lu ja alle lu -

ja. *Roga.* vi pro te Pe tre, ut

non deficiat si des tu a: & tu

aliquan do conversus confirma

fratres tu os, alle lu ja

Offertorium. In omnem terram. fol. 392.

Communio. Vos, qui secuti. fol. 211j.

Die jv. Junij.

S. UDALRICI E.

Confessoris, duplex.

Oratio.

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subfi-

stimus: * concede propitius; * ut intercessiōne beati Udalrici Confessoris tui, atq; Pontificis contra omnia adversa muniāmur. Per Dominum nostrum.

In Laud. comem. Octava Ss. Petri & Pauli.

Añā. x. & Oratio ut heri.

Missā Sacerdotes.

In Vesperis comem. Oct. Ss. Petri &c. ut heri.

Die v. Julij.

SEPTIMA DIE IN
fra Oct. Ss. Petri & Pauli.

Omnia ut tertio huius.

Vespera dupl. Añā. Hoc est præceptum meū.

de Comuni Apost. &c. B. br. In omnem terrā.

Hym. Excurret cælum. x. Constitues eos. &c.

Ad Magnif. Añā. Petrus Apostolus. supra.

Oratio ut infra.

Die vj. Julij.

OCTAVA SS. APO
stol. Petri & Pauli, duplex.

In Laud. de Comuni Apost. B. br. Constitues

eos. Hym. Excurret cælum. x. In omnē terram.

Ad Benedictus Añā. Gloriosi Principes. &c.

Oratio.

Deus, cuius dextera beatū Petrū ambulāntem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum ejus Paulum tertio naufragāntem de profundo pelagi liberāvit: * exaudi nos propitius & concede; * ut ambōrum meritis aternitatis glōriam consequāmur. Qui visis & regnas cū Deo Patre.

Ad Horas omnia Comuni Apost. præter Or.

In ij. Vesp. Añā. Juravit Dominus cum reliquis

de comuni Apost. A. Capitulo de seq. ut infra

comem. præc. Añā. x. & Or. ut heri.

Ad Missam Introit. Sapientiam. f. xxxv.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja

Die viij. Julij.

S. CHILIANI EP.

& Martyris, Semid.

Omnia de Communi I. loco.
Vesp. à Capit. de seq. ut infra comem. preced.

Die jx. Julij.

S. ELISABETH RE-

gina Lusitania, Vidua, Semid.

Qua hic non inveniuntur, sumuntur de Communi.

In Vesperis Hymnus.

Domare cordis impety Elifabeth

Fortis, inopsque Deo

Servire, regno prætulit.

En fulgidis recepta cali sedibus

Sidereæque domis

Ditata sanctis gaudijs.

Nunc regnat inter Calites beâtior,

Et premit astra, docens,

Qua vera sint regni bona.

Patri potestas, Filioque gloria,

Perpetuumque decus

Tibi sit almæ Spiritus. Amen.

x. Ora pro nobis beata Elifabeth.

ß. Ut digni efficiamur promissi-
onibus Christi.

Ad Magnificat Antiph.

Et nunc reges intelligite, eru-

dimini, qui judicatis terram.

Oratio.

Clementissime Deus, qui beatam
Elifabeth reginam inter cate-

ras egregias dotes, bellici furoris
sedandi prerogativa decorasti.

da nobis ejus intercessione post mor-
talis vitæ, quam suppliciter petim

pacem, ad æterna gaudia per-
venire. Per Dominum.

Ad Laudes, Hor. & Vesp. Antiph.

Dum effret rex in accubitu

Hh. 4.

Vos estis, qui permanistis
mecum in tentationibus meis.

is: & ego dispono vobis regnum,

ut sedeat super thronos judi-

canes duodecim tribus Israel.

alle lu ja.

Offertorium.
Exultabunt.
folio. xxxvj.
Communio.
Justorum super.
fol. 480.

Die vij. Julij.

S. WILLEBALDI

Episc. & Confess. duplex.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens

Deus, ut, qui beati Willebal-

di Confessoris tui atque Pontifi-

cis solèmnia colimus, ejus apud

te intercessionibus adjuvemur.
Per Dominum.

Missa Statuit.
In Vesperis commemoratio sequentis.

fuo nardus mea de dit odorem
firavitatis. 3.

Et concupiscet Rex | decorē tu-
um, quia ipse est Dominus Dey
tuus. 4.

Potens in opere & sermone le-
nivit iracundiam domini & reconci-
liavit cor patris ad filium. Ω.

Añā IV. Quasi arcus | resurgens
inter nebulas gloriæ, & quasi flos
rosarū in diebus vernis.

Quasi stella | matutina in medi-
onebula, & quasi luna plena in
diebus suis. 3.

Hymnus in Laudib.

Opes, decusque regum reliqueras
Elisabeth, Dei dicata Numini
Recepta nunc beatis inter Angelos.
Libens ab hostiū tuere nos dolis.

Praei, viamque dux salutis indica
Sequemur. O sit una mens fidelium!
Odor bonus sit omnis actio! tuis
Id innuit rosis operta charitas.

Beata charitas in arce siderum
Potens locare nos per omne saeculū.
Patrique Filioque summa gloria,

Tibi laus perennis, almae Spiritus amen.
X. Meritis & precibus beatae Eli-
sabeth. **R.** Propitius esto Domine
populo tuo.

Ad Benedictus Antiphona.

Tu gloria Jerusalem | tu latitia
Israël, tu honorificētia populi
tui.

Missa Cognovi. de communi
Vesperæ à Capitulo de seq. comm. præc.
Ad Magnificat Antiphona.

Elisabeth | pacis & patriæ ma-
ter in caelo triumphans, dona
nobis pacem.

Die xx. Julij.

SS. VII. FRAT. MART.
ac Rufinæ & Secundæ V.M. semid.

Oratio.

Praesta, quæsumus omnipotens
Deus: * ut qui gloriosos Mar-
tyres fortes in sua confessione
cognovimus, * pios apud te in no-
stra intercessione sentiamus. Per
Dominum.

Vesperæ solemn. de seq. sine ulla Comem.
Ad Missam.

Lauda te pu eri Do-

Intro-itus.

minū, laudate nomen Domini:

qui habitare facit fte rle in
 domo matrem filio rum la
 tan tem.

& Dux Benedicte, cuiuscū Chri
 sto spiritus exultat in caelesti
 bus: Gregem Pa stor alme serua,
 sancta prece corrobora, via
 caelos clarescente, fac te Duce
 penetrare.

Psalmus.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nū
 & usque in saeculum. *I.*
 Offertorium. Anima nostra. folio. 401.
 Communio. Quicumque. folio. 436.

Pro Graduali.
 Alla, alla. Hæc
 est vera. fol. 481.

Dein fit commem. sequentis, & Ss. Naboris
 & Felicis Mm. ut paulo infra.

Die xij Julij.

S. JOANNIS GUALBERTI Abbat. duplex.

Omnia de Comuni Abb. in Laud. com.
 Octava. x. Amavit. & Ss. Naboris. & c. mart.

Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine: *
 ut sicut nos sanctórum Mártý
 rum tuórum Naboris & Felicis
 natalitia celebranda non deserunt
 ita júgiter suffragijs comitentur.
 Per Dóminum.

In Vesp. comem. seq. & Octava. Añã. O cae
 lestis norma vita. x. Amavit eum.

Die xiiij Julij.

S. ANACLETI Papæ & Mart. semidup.

Omnia de Comuni II loco.
 In Laud. fit commem. Octava. S. P. Benedicti.
 Vespera de sequenti sine ulla comemor.

Die xvj Julij.

S. HENRICI IMPERATORIS, Confessoris. dupl. ij. class.

Omnia de Comuni Conf. non Pont II loco

Oratio.

Die xj. Julij.
IN FESTO COMMEMORAT. SOLEMNIS
SS. P. N. BENEDICTI.

Duplex ij. classis.
 Omnia ut in ejus Festo die xxj. Martij ex
 ceptis sequentibus.

Oratio.

Excita Dómine in Ecclesia
 tua Spiritum, cui beatus Be
 nedictus Abbas servivit. *
 ut eodem nos replati, studeamus
 amare, quod amavit, * & opere e
 exercere, quod docuit. Per Dómi
 nū... in unitate ejusdem.

In Laud. solum fit com. S. Pij. P.M. Oratio.
 In II. Vesp. Ad Magnificat Añã.

O caelestis norma vita Doctor
 Hh. s.

DEus, qui hodierna die beatū
Henricum Confessorem tuū ē
terrēni cūlmine Imperij ad regnū
atērnū transfūlisti. * te supplices
exorāmus, ut sicut illum gratiā
tuā ubertate prāvēntum, illece-
bras saculi superāre fecisti. * ita
nos faciās ejus imitatiōne mundi
hujus blandimēta vitāre, & ad te
puris mētib9 pervenire. Per Dñm.

In Vesp̄is cōmem. seq. Añā O Doctor.

Die xv. Julij.

S. BONAVENTURÆ

Episc. Conf. & Doct. duplex.

Omnia de Comuni Pontif. Doctor.

In Laud. cōmem. Octavæ. * Amavit.

Vesp̄. de seq. com. præc. & Octavæ. * Amavit.

Ad Missam Intr. In medio. f. xlv. Pro Graduali.

Alla alla Juravit. f. xlvj. Offert. Veritas mea. fol.

xxvj. Cōmūnio. Fidelis servus. fol. xlvij.

Die xvi. Julij.

B. MARIÆ VIRG.

de Monte Carmelo. dupl. maj.

Omnia ut in Comuni præter Missam & seq.

Oratio.

DEus, qui beatissimā semper
Virginis & Genitricis tuæ
Mariæ singulari titulo Carmeli
Ordinem decorāsti. * concede pro-
pitius, ut cujus hodie Cōmemora-
tionem solēni celebrāmus offi-
cio, * ejus munīti præsidij, ad gāu-
dia sempiterna pervenire mereā-
mur. Qui vivis.

In Complet. & alijs Horis dicitur in fine

Hymni. Gloria... qui natus es de Virgine.

Ad Benedictus Antiph.

Caput tuum | ut Carmelus: &

comæ capitis tui sicut purpura

Dei, ut loquaris pro nobis bona, &

regis vincita canali9, alleluja. *Od.*

deinde fit cōmem. Octavæ S.P. Benedicti

In II. Vesp̄. Ad Magnificat Añā.

regis vincita canali9, alleluja. *Od.*

deinde fit cōmem. Octavæ S.P. Benedicti

In II. Vesp̄. Ad Magnificat Añā.

Gloria Libani | data est ei, decor

Carmeli & Saron, alleluja. *A.*

fit cōmem. sequentis & Octavæ S.P.

Ad Missam.

Introitus. Gaudeamus infra fol. 520. di-

cendo Solemnitate pro Assumptione.

Pro Graduali.

Al lelu ja, al lelu ja.

Perte Dei Genitrix nobis est vita

per dita data: quæ de cæ lo

suscepisti Prolem, & mundo genu-

i sti Salvato re alle lu ja

Offertorium.

Recordare Virgo Mater in conspectu

Dei, ut loquaris pro nobis bona, &

regis vincita canali9, alleluja. *Od.*

deinde fit cōmem. Octavæ S.P. Benedicti

In II. Vesp̄. Ad Magnificat Añā.

Gloria Libani | data est ei, decor

Carmeli & Saron, alleluja. *A.*

fit cōmem. sequentis & Octavæ S.P.

Ad Missam.

Introitus. Gaudeamus infra fol. 520. di-

cendo Solemnitate pro Assumptione.

Pro Graduali.

Al lelu ja, al lelu ja.

Perte Dei Genitrix nobis est vita

per dita data: quæ de cæ lo

suscepisti Prolem, & mundo genu-

i sti Salvato re alle lu ja

Offertorium.

Recordare Virgo Mater in conspectu

Dei, ut loquaris pro nobis bona, &

regis vincita canali9, alleluja. *Od.*

deinde fit cōmem. Octavæ S.P. Benedicti

In II. Vesp̄. Ad Magnificat Añā.

Gloria Libani | data est ei, decor

Carmeli & Saron, alleluja. *A.*

fit cōmem. sequentis & Octavæ S.P.

Ad Missam.

Introitus. Gaudeamus infra fol. 520. di-

cendo Solemnitate pro Assumptione.

Pro Graduali.

Al lelu ja, al lelu ja.

Perte Dei Genitrix nobis est vita

per dita data: quæ de cæ lo

suscepisti Prolem, & mundo genu-

i sti Salvato re alle lu ja

Offertorium.

Recordare Virgo Mater in conspectu

Dei, ut loquaris pro nobis bona, &

regis vincita canali9, alleluja. *Od.*

deinde fit cōmem. Octavæ S.P. Benedicti

In II. Vesp̄. Ad Magnificat Añā.

Gloria Libani | data est ei, decor

Carmeli & Saron, alleluja. *A.*

fit cōmem. sequentis & Octavæ S.P.

Ad Missam.

Introitus. Gaudeamus infra fol. 520. di-

ut aver tas indignationē suam à no
bis.

Regi na mundi dignissima Mari

a, Virgo perpetua, interce de

pro nostra pace & salu te, quare

nuiſti Christū Dominū Salvato

rem om nium.

Die xvij. Julij.

S. LEONIS IV. P.

Confessoris, duplex.

Oratio.

PReces populi tui supplicantis
quæsumus Domine propitius
respice: & intercessione beati
Leonis Confessoris tui atque Pon
tificis, cujus hodie solēnnia colim;
& flagella tuæ iracundia, quæ
pro peccatis nostris meremur, a

verte. Per Dominum.

In Laud. comem. Octava S. P. B.

Missa Statuit.

Vesperæ à Capit. de seq. ut in j. Vesp. Festi. com.

præc. ac Ss. Symphorosa & Filior. ejus mart.

Die xvij. Julij.

OCTAVA S. P. N. BE

nedicti Abb. duplex.

Omnia ut in ipso Festo dictum est.

In Laud. comem. Ss. Symphorosa & c.

Oratio.

DEus, qui nos concedis sancto
rū Martyrum tuorum Sym
phorosa & Filiorum ejus natalitia
colere: * da nobis in aternā beati
tudine, & de eorum societate gau
dere. Per Dominum.

In Vesperis comem. sequentis.

Dominica,

Quæ immediatè præcedit Diem xxv. Julij.

FESTUM.

**S. ARBOGASTI PA
TRONI DIOECESIS.**

Duplex j. classis.

Omnia de Communi Conf. Pontif. I. loco.

Die xxj. Julij.

**S. ALEXIJ CON
fessoris, semidup.**

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Alexium Con
fessorem tuum in mundi contem
ptu mirabilem effecisti: præsta
quæsumus, ut intercessione ejus au
xilio fideles tui terrena despici
ant: & ad caelestia semper aspí
rent. Per Dominum.

Missa, Os just. II. loco.

Vesperæ de sequenti, comem. præced.

Die xx. Julij.

S. MARGARITHÆ

Virg. Martyr. duplex.

Omnia de communi. Illoco.
In Vesperis commem. sequentis. Simile est.
 Die xxij. Julij.

S. Praxedis Virgin.

Oratio Exaudi nos.

Die xxij. Julij.

IN FESTO S. MARIE

Magdalena, duplex maj.

Omnia de Comuni nec Virg. nec Mart. præter seq.
 Ad Vesperas Hymn.

Qui cantatur in tono, quo Hym. Portæ virili.
 Pater superni luminis

Cum Magdalenam respicis
 Flammam amoris excitas
 Geluque solvis pectoris.

Amore currit faucia
 Pedes beatos ungere
 Lavare fletu, tergere
 Comis, & ore lambere.

Ad stare non timet Cruci,
 Sepulchro inharet anxia,
 Truces nec horret milites:
 Pellit timorem charitas.

O vera, Christe, charitas,
 Tu nostra purga crimina:
 Tu corda reple gratia:
 Tu redde cæli præmia.

Deo Patri sit gloria,
 Ejusque soli Filio,
 Cum Spiritu Paráclito
 Et nunc & in perpetuum. Amen.

v. Diffusa est.

Ad Magnificat Añã.

Mulier, quæ erat in civitate
 peccatrix, ut cognovit, quod Jeshu
 accubuit in domo Simonis lepro-

si: attulit alabastrum unguenti,
 & stans retro secus pedes ejus
 lacrymis capit rigare pedes ejus
 & capillis capitis sui tergebat,
 & osculabatur pedes ejus,
 & unguento ungebat. 7.

Oratio.

Beata Maria Magdalena,
 quæsumus Domine, suffragiis
 adjuvemur: *cujus precibus exo-
 ratum, *quatríduanum fratrem
 Lazarum vivum ab inferis resus-
 citasti. Qui vivis & regnas.

In Laudibus Hymnus.

Æterni Patris Unice
 Nos pio vultu respice,
 Qui Magdalenam hodie
 Vocas ad thronum gloriæ.

In thesauro reposita
 Regis est drachma perdita
 Gemmaque luce incluta
 De lutoluci reddita.

Jesu dulce refugium,
 Spes una poenitentium,
 Per Peccatricis meritum
 Peccati solve debitum.

Pia mater & humilis
 Natura memor fragilis,
 In hujus vitæ fluctibus,
 Nos rege tuis precibus.

Uni Deo sit gloria,
 Pro multiformi gratia,
 Qui culpas & supplicia
 Remittit, & dat præmia. Amen.

v. Elegit eam Deus, & prælegit eam. &c.

Ad Benedictus Antiph.

Maria tinxit pedes Jesu, & extersit capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti.

Ad Magnificat in II. Vesp. Añā.

Mulier, quæ erat inci vite te peccatrix, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes Domini, lacrymis coepit rigare pedes ejus & capillis capitis sui tergebat. *∞.*

Deinde fit comem. seq. ut infra. & S. Liborij Episc. Confess. Or. Da, quæsumus.

In Missa Introitus. Me expectaverunt infra fol. lvij. Pro Graduali. Alla, alla. Diffusa est supra fol. 382. Offert. Filia regum. fol. lxx. Communio. Feci judicium. infra fol. lxx.

Die xxiiij. Julij.

S. APOLLINARIS.

Episc. & Martyris, duplex.

Oratio.

Deus fidelium remunerator animarum, qui hunc diem beati Apollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrasti. * tribue nobis, quæsumus, famulis tuis; ut cujus venerandam celebramus festivitatem, * precibus ejus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

In Laud. fit comem. S. Liborij E. C. Ad Missam Introitus, Sacerdotes Dei. fol. xxxv. Pro Grad. Alla alla Juravit. fol. xljij. Offertor. Veritas mea. fol. xxxvj. Communio. Domine, quinque talenta. fol. 383.

In Vesperis comem. sequentis & S. Christianæ V. M. Or. Indulgentiam. II. loco.

Die xxvj. Julij.

S. VINCENTII

à Paulo Confess. semidup.

Oratio.

Deus, qui ad evangelizandum pauperibus, & Ecclesiastici ordinis decorem promovendum beatum Vincentium apostolicam virtute roborasti. * præsta, quæsumus, * ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per Dominum.

In Laud. fit comem. Vigilia S. Jacobi Apost. Or. ut in Comuni. fol. viij. & S. Christianæ V. M.

Missæ Os justi. II. loco. Vesperæ de sequenti sine ulla comem.

Die xxvj. Julij.

S. JACOBI APO-

stoli, duplex ij. class.

Oratio.

Esto, Domine, plebi tuæ sanctificator, & custos. * ut Apostoli tui Jacobi munita præfidijs. * & conversatione tibi placeat, & securam mente deserviat. Per Dominum.

In Laud. tantum fit Comem. S. Christophori Mart. Or. de Comuni III. loco.

Missæ Mihi autem. de communi folio. xij. Offertorium In omnem terram. fol. 392.

In Vesperis comem. sequentis.

Die xxvj. Julij.

S. ANNÆ MAT-

ris B. Mariæ V. Duplex maj.

Oratio.

Deus, qui beatæ Annæ gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis Unigeniti Filij tui Mater effici mereretur. * concede propitius, * ut cujus solemnia celebrâ-

mus, ejus apud te patrocinijs ad-
juvemur. Per eundem Dominum.
In Vesperis comem. S. Pantaleonis M.
Oratio de Comuni IV. loco.

Ad Missam.

G Audeamus omnes in
Introitus

Do mino, diem festum cele-

brantes sub hono re bea ta

Anna: de cujus solemnita te,

gaudent An geli, & collau-

dant Fi lium De i.

Psalm.

Eruclavit cor meum verbum bonum:

dico ego opera mea regi. **I.**
Pro Graduali, Allel. alla. Diffusa est folio.
389. Offert. Filia regum. fol. lxxj.

Communio.

Diffusa est gra tia in labijs tu-

is, propte rea benedixit te

De us in aternū, & in

sa - culum sa - culi.

Die xxvij. Julij.

S. Pantaleonis Martyr.

Oratio de Comuni IV. loco.

Die xxviii. Julij.

SS. NAZARII, CELSI,

Victoris Mm. & Innocentij P.C. fem.

Oratio.

Sanctorum tuorum nos, Dñe,
Nazarij, Celsi, Victoris & Inno-
centij confessio beata comuniat.*
& fragilitati nostra subsidium*
dignanter exoret. Per Dominum.

Missae Intret. de comuni.

Vesp. à capitulo de sequenti com. pr. & c. & Ss. Felicitis, Simplicij, Faustini & Beatrix Mm. Or. ut infra.

Die xxix. Julij.

S. MARTHÆ

Virginis, femidup.

Omnia de Comuni III. loco.
In Laud. fit comem. Ss. Felicitis & c. Mm.

Oratio.

Praesta, quaesumus Dñe, ut sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis temporali solemnitate congaudet: * ita perfruatur aeterna: & quod votis celebrat * comprehendat effectu. Per Dominum.

In Vesperis commemor sequentis.

Die xxx Julij.

SS. Abdon & Sennen, M.
Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiae contulisti: * da famulis tuis suorum veniam peccatorum: * ut Sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur adversitatibus liberari. Per Dominum.

Die xxxi Julij.

S. I G N A T I J C O N
fessoris, duplex.
Oratio.

Deus, qui ad majorem tui Nominis gloriam propaganda novo per beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti: * concede, ut ejus auxilio, & imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in caelis. Qui vivis & regnas.

Vespera de sequenti commem. ut infra.

Ad Missam Introit.

In nomine Je su omne genu

flectatur caelestium, terrestrium
& infernorum: & omnis lingua

confiteatur, quia Dominus Je-

sus Christus in gloria est Dei Patris.

Psalmus.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt

nomen tuum: quoniam tu benedices justo. **III.**
Pro Graduali. Alla. alla. Beatus vir, qui suffert. foliol. Offertor. Veritas mea fexiv.

Communio.

Ignem veni mittere in

terram, & quid volo, nisi ut

accendantur.

FESTA AUGUSTI.

Die j. Augusti.

S. PETRI AD VINCU-
la, duplex majus ~.Ad Vesperas Añæ Herodes rex. de Laud. Plal-
mi de Dominica.Capitula & R. & br. ex Festo principali Ss. Pet-
ri & Pauli. Misit Herodes rex. &c. &c. 490.

Ad Vesp. Hymnus.

Petrus beatus, catenarum la-
Gloria Patri per imensa sa-
queos, Christo iubente, rupit mira-
cula, Sit tibi Nate decus & im-
biliter, Custos ovis, & Doctor Ec-
periti, Honor potestas sanctoꝝ Spi-
ritus, Pastorque gregis, conser-
vavit, Sit Trinitas tuus in-
tor ovium, Arcet luporum trucu-
di vidua, Per infinita saecula
lentam rabiem.
lorum saecula. Amen.

v. Tu es Petrus. &c. & Antiph. ad Magnif.
Tu es Pastor ovium. &c. vide supra in festo
Cathedrae ejusdem folio 411.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum
Apostolum a vinculis
absolutum illaesus ab-
ire fecisti. * nostrorum
quaesumus, absolue vin-
cula peccatorum, * & omnia mala
a nobis propitiatus excludere. Per
Dominum nostrum.

Deinde immediate fit comem. S. Pauli Antiph.
Sancte Pauli. v. Tu es vas. Oratio ut in dicta Cath.
Postea S. Ignatii C. Or. ut supra.
Tandem etiam Ss. Machabæorum Mm.

Oratio.

Fraterna nos, Domine, Marty-

rum tuorum corona laetificet: *
quæ & fidei nostræ præbeat incre-
menta virtutum; * & multiplici nos
suffragio consoletur. Per Dñm.

Ad Laudes & Horas Añæ.

Herodes rex apposuit, ut
apprederet & Petrum: quem
cum apprehendisset, misit in
carcerem, volens post Pascha pro-
duce re eum populo. ∞.

Petrus quidem servabatur in
carcere: oratio autem fiebat si-
ne intermissione ab Ecclesia
ad Deum pro eo. 3.

Dixit Angelus ad Petrum: circu-
da tibi vestimentum tuum, & se-
quere me. ∞.

Añæ IV. Misit Dñs Angelum suum,
& liberavit me de manu Herodis,
alleluja.

Tu es Petrus: & super hanc pe-

tram ædificabo Ecclesiam meam.

Capitulum Misit Herodes rex. & B. br. ex Festo Ss. Petri & Pauli.

Hymnus Jam bone Pastor. Tu es Petrus, &c. Añã ad Benedictus. Quodcumq; ex F. Cathedra Oratio Deus, qui beatum Petrum, supra Dein fit comem. S. Pauli ut supra dictum est in Vesp. ac Ss. Machabæorum Mon. Or. ut supra. Ad Horas Añã ex Laud. Capitula & xxx. ex Festo principali. Oratio vero ut supra.

In Vesperis Añã ex Laud. Psalmi de Comuni Apoft. in II. Vesp. Capit. B. br. Hym. & ut supra in j. Vesperis.

Ad Magnificat Antiphona.

Sol ve jubente Deo terrarū Pe-

tre carenas, qui facis, ut pate-

ant ca le stia regna beatis.

Oratio Deus, qui beatum.

fit com. S. Pauli ut in j. Vesp. ac S. Stephani P.M. de com-

muni II. loco.

Ad Missam Introitus. Nunc scio fol. 493.

Pro Graduali.

Alle lu ja, alle lu ja.

Sol ve juben te De o terrarū

Petre cate nas, qui fa cis, ut

pa teant ca lest ia reg na be a-

li i

tis. alle lu ja

Offertorium & Communio ut sup. fol. 493.

Die ij. Augusti.

S. Stephani Papæ & M.

Oratio de Comuni II. loco.

Die ij. Augusti.

IN INVENT. S. STE-

phani Protomart. semid.

Omnia ut in ejus Festo principali xxvj. Decemb. in Oratione loco Natalitia dicitur Inventionem.

Vesp. de seq. miss. & Hym. com. præc. Añã prop.

Die iv. Augusti.

S. DOMINICI C

Duplex.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam bea-

ti Domini confessoris tui il-

luminare dignatus es meritis &

doctrinis: * concede, ut ejus interces-

sione temporalibus non destituantur

auxilijs: * & spiritualibus semper

proficiat incrementis. Per Dñm.

Ad Missam Introitus Os justi f. xljx. Pro

Graduali Alla, alla Justus germinabit f. 429.

Offert. Veritas mea. f. xxxv. Communio Fidelis

servus. fol. xliij.

Vesperæ de seq. com. præc. In Complet. & alijs

Hymnis diei dr. Gloria... qui natus es de Vir-

gine.

Die v. Augusti.

B. MARIE V. AD

Nives, duplex majus.

Omnia de Comuni B. M. V.

Vesperæ de sequenti, commem. præc. & inf.

Die vj. Augusti.

IN TRANSFIGURA

tione D. N. J. C. duplex majus.

Ad Vesperas Añã Assumpsit Jesus, &c.

ex Laudibus. Psalmi de Dominica.

Capitulum.

Philip. 3.

Salvatore[m] expectamus Do-
minum nostrum Iesum Chri-
stum, qui reformabit corpus hu-
militatis nostrae, configuratū cor-
pori claritatis suae.

Respons. breve.

Gloria & honore coronasti eū Do-
mine, * Alleluja, alleluja. * Et con-
stituisti eum super opera manuū
tuarum. Gloria.

Hymn9.

Quicumque Christū queritis
Oculos in altum tollite:
Illic li ce bit visere
Signum perennis gloriae.

Ilustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati,
Sublime, celsum, interminum,
Antiquius caelo & chaō.

Hic ille Rex est gentium,
Populique Rex iudaici,
Promissus Abraha patri,
Eiusque in avum semini.

Hunc & Prophetis testibus,
Iisdemque signatoribus,
Testator, & Pater iubet
Audire nos, & credere.

Gloria tibi Domine,

Qui apparuisse hodie,
Cum Patre & sancto Spiritu
In sempiterna saecula. Amen.

Sic terminantur Hymni per omnes Horas.

* Gloriosus apparuisti in conspe-
ctu Domini. * Propterea decore
induit te Dominus.

Ad Magnificat Antiph.

Christus Iesus splendor Pa-
tris, & figura substantiae e-
ius, portans omnia verbo virtu-
tis suae purgatione peccato-
rum faciens in monte
excelso gloriosus appare re
hodie dignatus est. G.

Oratio.

Deus, qui fidei sacramenta in
Unigeniti tui gloriosa Tran-
sfiguratione Patrum testimonio ro-
borasti: & adoptionem filiorum,
perfecta voce delapsa in nube lu-
cida mirabiliter praesignasti: * con-
cede propitius, ut ipsius Regis glo-
riae nos cohaereditarios efficias, * &
eiusdem gloriae tribuas esse con-
sortes. Per eundem Dominum.

Deinde fit Commem. B.M.V. Ane Beatam me dicent. * Dignare me, & Oratio ex Comuni.

Ex Ss. Xysti, Felicissimi & Agapiti Mm.

Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctoꝝ
Martyrum tuorum Xysti, Feli-
cissimi & Agapiti natalitia cole-
re: * da nobis in æterna beati-
tudine * de eorum societate gau-
dere. Per Dominum.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Assumpsit Jesus Petrum
& Jacobum & Joannem fratres ejus
& duxit eos in montem excelsum
seorsum, & transfiguratus est ante
eos 2.

Resplenduit facies ejus sicut sol,
vestimenta autem ejus facta sunt
alba sicut nix, alleluja. 3.

Et ecce apparuerunt eis Mo-
yses & Elias loquentes cum
Jesu. 4.

Añ IV. Respondens autem Petrus di-
xit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse.

Adhuc eo loquente, ecce nubes

lucida obumbravit eos. 6.

Capitulum. Salvatorem expectamus. sup.

R. br. Gloriosus apparuisti in con-
spectu Domini, * Alleluja, alleluja. *
Propterea decorem induit te Dominus,
Gloria Patri. **Hymnus**

Amor Jesu dulcissime,
Quando cor nostrum visitas,
Pellis mentis caliginem
Et nos repleas dulcedine.

Quam felix est, quem satias,
Confors Paternæ dexteræ
Tu veræ lumen patriæ
Quod omnem sensum superat.

Splendor Paternæ gloriæ,
Incomprehensa Bonitas
Amoris tui copiam
Da nobis per præsentiam.

Gloria tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula, Amen.

* Corona aurea super caput ejus.
R. Expressa signum sanctitatis, glo-
riæ & honoris.

Ad Benedictus Antiph.

Et ecce vox de nube dicens: Hic
est Filius meus dilectus, in quo mi-
hi complacui, ipsum audite, alleluja.

Oratio. Deus, qui fidei sacramenta
Dein fit Commem. Ss. Xysti. &c. Mm. Or. supra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Resplenduit.
Capitulum. Salvatorem expectamus.
* Gloriosus apparuisti in conspectu
Domini, alleluja. Propterea decorem
induit te Dominus, alleluja.



Ad Sextam.

Antiphona. Et ecce apparuerunt.
Capitulum. 2. Cor. 3.
Nos omnes revelatâ facie gloriâ

sio.

Festa Augusti.

Domini specularentes, in eandem imaginem transformamur à claritate. in claritatem, tanquam à Dñi Spiritu. Gloria & honore coronasti eum Dñe, alleluia. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alla.




Ad Nonam.

Antiphona. A dhuc eo loquente. Capitulum. Apoc. xi.

Ustulit me in spiritu in monte magnu & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerúsalem, descendentem de celo à Deo, habentem claritatem Dei: & lucerna ejus est Agnus.








Magna est gloria ejus in salutaris tuo, alleluia. Gloria & magnu decore impones super eum, alla.



In ij. Vesperis omnia ut in primis.

Ad Magnificat Antiphona.



E t audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & time runt valde & accessit Jesus & te tigit eos, dixit que eis auditur gite, & nolite timere, alle luja.



Fit comem. seq. Antiph. & Or. prop. ut infra ac S. Donati E. M. Oratio ut infra.

Ad Missam Introitus.

Luce runt corruscationes



Pro Commemoratione S. Donati E.M.

Oratio.

DEus, tuorum gloria Sacerdotum: praesta quae sumus; * ut sancti Martyris tui & Episcopi Donati, cujus festa gerimus, * sentiamus auxilium. Per Dominum.

In Laud. Ad Benedictus Antiphona.
Nolite solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus? scit enim Pater vester, quid vobis necesse sit.

Oratio Deus, qui beato Cajetano. Deinde fit commem. S. Donati E.M. Or. supra. Missa Os iusti. II. loco In Vesperis commem. sequent.

Die viij. Augusti.

SS. CYRIACI, LARGI & Smaragdi Mm. semidup.

Oratio.

DEus, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi solemnitate laetificas: * concede propitius, * ut quorum natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dñm.

Vesperae de sequenti commemoratio praeced. & S. Romani M. Or. de comuni IV. loco.

Ad Missam.

Time te Dominum omnes

Introitus.

sanctie ius, quonia nihil deest

li.3.

sti tia ejus manet in sa culum sa
- culi, al le lu ja.

Communio.

Visionem, quam vidi stis, nemi

ni dixeritis, donec a mortuis re

surgat Fi li us hominis.

Die vij. Augusti.

S. CAJETANI

Confessoris, duplex.

In utriusque Vesperis

Ad Magnificat Antiph.

Quarite primum regnum Dei

& justitiam ejus: & hac

omnia adicientur vobis.

** Amavit eum. &c.*

Oratio.

DEus, qui beato Cajetano Confessori tuo apostolicam vivendi formam imitari tribuisti: * da nobis ejus intercessione & exemplo, * in te semper confidere, & sola caelestia desiderare. Per Dñm.

timentibus e um: divites eguerūt

& esurierunt: inquirentes autem

Dñm non deficient om ni bo no.

Psalmus.

Benedicam Dominū in omni tempore: semper lause ejus in ore meo. III

Alle lu ja, al le lu ja.

Fulge bunt ju sti, & tamqm̄ in cin-

-tilla in arundine to discurs-

-rent in æter nū, alle-

lu ja.

Offertorium.
Lætamini in Domino.
supra folio. 413.

Communio.

Signa autem eos, qui in me credit

hæc sequentur: Dæmonia eji-

cient: super ægros manus imponet,

& bene habe bunt.

Die ix. Augusti.

SS. STEPHANI ABBA-
tis & Soc. Martyrū, duplex.
Oratio.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui gloriosos Martyres Stéphanum Abbatem, & Socios ejus Monachos, fortes in fira confessione cognovimus: * pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum.

In Laud. fit comem. Vigilia S. Laurentij M.
Oratio.

Ad esto Domine supplicatio-
nibus nostris; & intercessione
beati Laurentij Martyris tui,
cujus prævenimus festivitatem,
perpetuam nobis misericordiam
benignus impende. Per Dñm.

Ac S. Romani M. Or. de Comuni IV. loco.

Missa Intret. de communi.
Vespera de sequenti comem. preced.
Die x. Augusti.

Festa Augusti.

513.

IN FESTO SLAURENTIJ Martyr. dupl. ij. class.

Ad Vesper. Anz Laurentius ingressus de
Laud. Halmi de Dominica.
Capitulum.

Fratres, Qui parçe sēminat,
parçe & metet; & qui sēminat
in benedictionibus, de benedicti-
onibus & metet.

R. breve, Hymnus & V. de Comuni Un. Mart.
Ad Magnificat Antiph.

Levi ta Laurentius t bonum
opus operatus est, qui per sig-
nū Crucis cæcos illuminavit
& thesauros Eccle fia de dit
pauperibus. ∞.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omni-
potens Deus, vitiorum no-
strorum flamas extinguere, qui
beato Laurentio tribuisti tor-
mentorum suorum incendia su-
perare. Per Dominum.

Deinde fit Comem. SS. Stephani & Soc. sup.
Ad Laudes & Hor. Antiph.

Laurentius t ingressus est
martyr & confessus est nomen

Domini Jesu Christi. i.

Laurentius t bonum opus ope-
ratus est, qui per signum Crucis
cæcos illuminavit. ∞.

Adhasit anima mea t post te, qui
a caro mea, igne cremata est pro
te Deus meus. ∞.

Añā IV. Misit Dominus Angelū
suum, & liberavit me de medio
ignis, & non sum astuatus.

Beatus Laurentius t orabat di-
cens: Gratias tibi ago Do mine
quia januas tuas ingredi merui.
∞.

Capitulum. Fratres, qui parçe sēminat sup.
Respons. breve & Hymnus de Comuni.

V. Dispersit dedit pauperibus.
R. Justitia ej; manet in sæculū sæculi.

Ad Benedictus Antiph.

In craticula t te Deum non nega-
vi, & ad ignem applicatus te Chri-
stum confessus sum: probasti cor
meum, & visitasti nocte: igne me
examinaſti; & non est inventa in

me iniquitas.

Oratio, Da nobis quæsumus. supra.

Ad Tertiam.

Antiphona Laurentius.

Capitulum. Fratres, Qui parcet, ut supra.

✠ Gloria & honore coronasti eum Dñe. &c.

Ad Sextam.

Antiphona Adhæsit anima

Capitulum.

2. Cor. 9.

UNUSQUISQUE prout destinavit
in corde suo, non ex tristitia,
aut ex necessitate; hilarem enim
datorem diligit Deus.

✠ Posuisti Domine. &c.

Ad Nonam.

Antiphona Beatus Laurentius.

Capitulum.

2. Cor. 9.

POtens est autem Deus omnem
gratiam abundare facere in vo-
bis: ut in omnibus semper omnem suf-
ficiantiam habentes, abundetis in
omne opus bonum, sicut scriptum
est: Dispersit dedit pauperibus: ju-
stitia ejus manet in sæculum sæculi.

✠ Magna est gloria.

*In ij. Vesp. Psalmi ut in Comuni Mart
pro ij. Vesp. cætera ut supra in ij. Vesp.*

Ad Magnificat ✠ & Añã.

✠ Levita Laurentius bonum opus
operatus est. *B.* Qui per signum Cru-
cis cæcos illuminavit.

Beatus Lauren tius dum in

craticula superpositus ureretur,
ad impiissimum tyrannum dixit:

Assatum est jam, verba & mandu-
ca; nam facultates Ecclesie, quas




re quiris, in caelestes thesauros
manus pauperum deportaverunt.


Oratio

*Oratio Da nobis quæsumus. supra.
Dein fit Comemor. SS. Tiburtij & Sufannæ Mm.
Oratio ut infra.*


Ad Missam.



Confessio & pulchritudo
in conspectu ejus, sanctitas



& magnificentia in sanctifica-
tione ejus.




Psalmus.



Cantate Domino canticum novum: can-
tate Domino omnis terra. *III.*

Pro Graduali.



Alle lu ja, al le-

lu ja. Levi ta Lauren-
 tius bonum o pus opera -
 tus est, qui per sig num Crucis ca-
 cos illu mina vit. alle-
 - lu ja.

Offertorium.

Confessio & pulchritudo in conspe-
 ctu e jus: sanctitas & magni fi cen-
 - tia in sanctificatio ne e-
 - jus.

Communio Qui mihi ministrat fol. xxvii.
 Sic dicitur Officiu & Missa per Octavam.
 Die xj. Augusti.

SECUNDA DIE INF
 Octavam S. Laurentij Mart.
 Omnia ut in die festo.
 In Laud. fit comem. Ss. Tiburtij & Susanna M.

Oratio.

S Anctorum Martyrum tuoru
 Tiburtij & Susanna nos, Domi-
 ne, foveant continuata praesidia.*
 quia non desinis propitius intue-
 ri,* quos talibus auxilijs. concéf-
 feris adjuvari. Per Dominum.

Vespera de sequenti com. Octava S. Laur.
 Die xij. Augusti.

S. CLARÆ VIRGIN.

Duplex.

Oratio.

E Xaudi nos Deus salutaris
 noster.* ut sicut de beata
 Clara Virginis tuae festivitate
 gaudemus,* ita pia devotio-
 nis e rudiâmur affectu. Per Dnm.

In Laud. fit comem. Octava S. Laur.
 Missa Dilexisti. de Comuni.
 In Vesp. comem. Octavae & Ss. Hippolyti
 & Cassiani Mm. Or. ut infra.
 Die xij. Augusti.

DIE QUARTA INF.

Octavam S. Laurentij. M.

Omnia ut in die festo.
 In Laud. comem. Ss. Hippolyti & Cassia-
 ni Martyrum.

Oratio.

D A, quæsumus, omnipotens De-
 us.* ut beatorum Martyrum
 tuorum Hippolyti & Cassiani ve-
 neranda solemnitas,* & devoti-
 onem nobis augeat, & salutem.
 Per Dominum nostrum.

In Vesperis comem. S. Eusebij C. Or. infra.
 Die xjv. Augusti.

QUINTA DIE INF.

Octavam S. Laurentij.

Omnia ut in die festo, quoad Officium.
 In Laud. Commemoratio Vigiliæ Assump-
 tionis B.M.V. Antiph. & v. ex feria currente

Oratio.

DEus, qui Virginalem aulam
beatae Mariae, in qua habi-
tares, eligere dignatus es: da qua-
sumus; ut tua nos defensione mun-
ditos, iucundos facias tuae inter-
esse festivitati.

Deinde S. Eusebii Confessoris.

Oratio.

DEus, qui nos beati Eusebii
Confessoris tui annua solem-
nitate laetificas: * concede propi-
tius; * ut cujus natalitia colimus,

per ejus ad te exempla gradiamur
Per Dominum.

De Vigilia debet fieri

Missa.


Cujus Introitus Vultum tuum. folio lxi.
Graduale.



Bene dicta & venerabilis es Virgo



Ma ri a, qua sine tactu pudoris



inven ta es Ma ter Salva to ris.

Offertorium. Beata es. folio 286.
Communio. Beata viscera. folio vij.



DIE XV. AUGUSTI.

IN FESTO ASSUMPTIONIS B. MARIAE V.

DUPLEX I. CLASS.

Patrocinij Primarij Ecclesiae Schutterensis.

AD VESPERAS.

Antiphona Assumpta est Maria, cum rel.
ex Laudibus. Psalmi de Comuni B.M.V.
Capitulum. *Eccl. 24.*

IN omnibus requiem
quasiui, & in hereditate
Domini, morabor. Tunc
præcepit & dixit mihi
Creator omnium,
& qui creavit me, requievit in
tabernaculo meo. *Deo gratias.*

Responf. breve.

Assumpta est Maria in cælum.
Gaudent Angeli. *x.* Laudantes
benedicunt Dominum. *Gloria Patri.*

Hymnus.

Ave maris Stella,
Dei Mater alma,

Atque semper Virgo.
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace
Mutans Hævæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta polce.

Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis.
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper collatémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus sancto
Tribus honor unus. Amen.

V. Exaltata est sancta Dei Genitrix. **B.** Super choros Angelorum ad caelestia regna.

Ad Magnificat Antiph.

Virgo prudentissima quo progredis quasi aurora valde rutilans? filia Sion tota formosa, & suaviter es: pulchra ut luna, electa ut sol. *A.*

Oratio.

Familiorum tuorum, quosumus Domine, delictis ignosce: * ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, * Genitricis Filij tui Domini nostri intercessionem salvemur. Per eundem Dñm.

Et non fit aliquid de S. Laurentio tota die In Horis clauditur Hymnus his v. Gloria tibi Dñe, Qui natus es de Virgine, per tot. Od.

Ad Laudes & Horas Anæ.

Assumpta est Maria in caelum, gaudent Angeli laudantes benedicunt Dominum. *7.*

Maria Virgo assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex

regum stellato sedet folio. *7.*

In odorem unguentorum tuorum currimus: adolescentulam dilexerunt te nimis. *4.*

Benedicta filia tu a Dño, quia per te fructum vitae communicavimus. *7.*

Pulchra est & decora Filia Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. *A.*

Capitulum In omnibus requiem. *supra.*
Respons. breve.

Maria Virgo assumpta est * Ad aethereum thalamum. *v.* In quo Rex regum stellato sedet folio. **Gloria Hymnus.**

O-Gloriosa Domina Excelsa super sidera:

Qui te creavit provide

Lactasti sacro Ubre.
 Quod Heva tristis abstulit,
 Tu reddis almo Germine.
 Intrent ut astra flebiles,
 Cali fenestra facta es.

Tu Regis alti janua,
 Et porta lucis fulgida.
 Vitam datam per Virgine
 Gentes redemptæ plaudite.

Glória tibi Domine,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre & sc̄to Sp̄ritu,
 In sempiterna sæcula. Amen.

✠ Exaltata est sancta Dei Genitrix. **Be.** Super choros Angelorum ad caelestia regna.

Ad Benedictus Añã.

Quæ est i sta quæ ascendit si-

cut aurora confurgens, pulchra

ut luna e le cta ut sol, ter ri-

bilis, ut castrorum acies ordi-

nata. **Oratio.** Famulorum tuorū supra.

Ad Tertiam.

Antiphona Maria Virgo.
 Capitulum. In omnibus requiem.

✠ Exaltata est sancta Dei Genitrix. Super choros Angelorū ad caelestia regna.

Ad Sextam.

Antiphona. In odorem.

ET sic in Sion firmata sum & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

✠ Assumpta est Maria in caelum, gaudent Angeli. **Be.** Laudantes benedicunt Dominū.

Ad Nonam.

Antiphona. Pulchra es

Capitulum.

Ecl. 24.

IN plateis, sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

✠ Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamū. **Be.** In quo Rex regum stellato sedet solio.

In II. Vesperis omnia ut in I.

Ad Magnificat Antiph.

Hodie Maria Virgo caelos ascendit, gaudete, cum Christo reg-

nat in æternum. **Or.**

Or. ut supra, & sit comem. festi sequentis.

Ad Processionem.

Vi di Speciosam sicut columba

Vi di Speciosam sicut columba

Vi di Speciosam sicut columba

Vi di Speciosam sicut columba



ascendentē de super rivos aqua- flores rosa rū & li li a conval lium.

X. Quæ est i sta, quæ ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex
aromatibus myrrhæ & thu ris. 3.

Ad Missam.

Audeamus omnes in
Introitus.

Do - mino, diē festū celebran -
tes sub hono - re beata Mari -

nimis in vestimentis eius. **E**t si
tes sub hono - re beata Mari -

a Virginis: de cuius Assumptio -
cut dies verni circumdabant eam

ne gaudent Angeli, & collau-

- dant Fi lium De i.

Psalmus.

Eructavit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea Regni. *I.*

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le

lu ja. **A**ssumpta est Mari-

a in - caelum gau det ex-

er citus Angelo ru, al

le lu ja.

**Offerto-
rium.**

Assumpta est Maria in caelum: gau-
- dent Angeli collaudan tes be nedi-
- cunt Do - minum, alle lu ja.

Communio.

Optimam par tem ele git fi-

bi **MARIA**, quæ non au fere

- tur abe a in æ ter num.

Sic dicitur Offic. & Missa per totam Octavam.

Dominicâ infra

Octavam Assumpt. B.M.V. celebratur Fest.

S. JOACHIM CONF.

Patris B. Mariæ V. duplex majus.

Omnia de Comuni Confess. non Pontif. præter

seq. In Hymno dicitur. Meruit supremos.

In j. Vesp. ad Magnificat. & in Laudib. ad

Benedictus Antiphona cum x.

V. Potens in terra erit Semen ejus.

R. Generatio Rectôrum benedicetur.

Antiphona.

Lau de mus virum gloriosum
in generati o ne sua: qui a
benedictio nē om nium gen-

tium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

Oratio.

DEUS, qui præ omnibus Sanctis tuis beatum Joachim Genitricis Filij tui Patrem esse voluisti. * concede quæsumus; * ut cujus festa veneramur, ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum.

In utrisque Vesperis & Laudibus commemor. Dominica & Octava Assumpt.

In ij. Vesperis omnia de communi præter Or.

Ad Missam.

Desper sit de dit pauperibus; iusti-
tia ejus manet in sæ-

culu sæculi: cornu ejus ex-

alta bitur in gloria.

Psalms.

Beatus vir, qui timet Dominum: in man-

ibus suis non deficiet.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

Quia in diebus suis non commovebitur.

Et in die tribulationis suæ non commovebitur.

datis ejus cupit nimis. **III.** **Pro Graduali.**

Alle lu ja, al le lu ja.

Joachim, sancte Conjux Anna,

Pa ter almæ Virginis, hic famulis

con fer salu tis o pem,

al le lu - ja

Offertorium.

Gloria & honore.

Folio. xxvij.

Communiõ.

Fidelis servus.

Folio xliij.

Die xvj. Augusti.

S. HYACINTHI C.

Duplex.

Omnia de Communi Conf. non Pontif. II. loca.

In Hym. Meruit supremos.

In Laudibus comem. Octavarum Assumpt.

B.M.V. ac S. Laurentij. ut supra.

Vesperæ à Capitulo de seq. comem. præced.

& Octava Assumpt. B.M.V.

Die xvij. Augusti.

OCTAVA S. LAU-

rentij Mart. duplex.

Omnia ut in ipso Festo præter sequentia.

Oratio.

Excita Domine in Ecclesia

nostra. Quia in diebus suis non commovebitur.

na Spiritum, cui beatus Laurentius Levita servivit: * ut eodem nos replēti, studeamus amare, quod amavit: * & opere exercere, quod docuit. Per Dominum nostrum... in unitate ejusdem.

In Laudibus comem. Oct. Assumpt. B.M.V.
In II. Vesp. comem. ejusdem Octavae, ac S. Agapiti Mart. Or. ut infra.

Ad Missam Introity.

P Robasti Domine cor me

um, & visita sti nocte: igne

me examina sti, & non est inve-

stus in me iniquitas.

Psalmus.

Exaudi Domine justitiam meam: in-

tende deprecationem meam. VII.

Pro Gradual. Alla. alla. Levita Laurentius. in Festo. 514. Offert. in virtute. fol. l. j.

Communio. Qui vult venire. fol. ccxv. j.

Die xvij. Augusti.

QUARTA DIE INF.

Octavam Assumpt. B.M.V.

Omnia ut in ipso Die festo.

In Laudibus comem. S. Agapiti Mart.

Oratio.

Læretur Ecclesia tua, Deus beati Agapiti Martyris tui confisa suffragiis: * atque ejus precibus gloriosis & devota permaneat, * & secunda consistat. Per Dominum.

Die xxj. Augusti.

QUINTA DIE INF.

Octavam Assumpt. B.M.V.

Omnia ut in ipso Festo.

Vespera de sequenti com. Octava

Die xx. Augusti.

S. BERNARDI AB-

batis, duplex.

Omnia de Comuni Abbat.

In Laudibus comem. Octava.

Vesp. à Capitulo de seq. com. preced. & Octava.

Die xxj. Augusti.

S. BERNARDI PTO-

lomæi Abbat. duplex.

Oratio.

Deus, qui beatum Bernardum novum Anachoreticæ vitæ genus in Ecclesia tua exordiri voluisti: * concede quaesumus, ut ejus vestigijs insistentes, * æternæ vitæ præmia consequi mereamur. Per Dominum.

In Laudibus fit comem. Octava.

Vespera de sequenti com. preced. ac SS. Timothei, Hippolyti & Symphoriani Mart. ut infra.

Die xxxij. Augusti.

OCTAVA ASSŪP-

tionis B.M.V. dupl. maj.

Omnia ut in ipso Festo.

In Laud. fit com. Ss. Timothei & c. mart.

Oratio.

Auxilium tuum nobis Domine, quaesumus, placatus impende: * & intercedentibus beatis

Kk. i.

Martyribus tuis Timotheo, Hippólito & Symphoriáno, * dexteram, super nos tuæ propitiatiónis extendé. Per Dóminum.

In Vesperis comemor. sequentis.

Die xxiiij. Augusti.

S. PHILIPPI BENI-
tij Confessoris, duplex.
Oratio.

DEus, qui per beátum Philíppū Confessórem tuum eximium nobis humilitátis exéplum tribuísti: * da famulis tuis prospéra mundi ex ejus imitatione despícere, * & cælestia semper inquirere. Per Dóminum.

In Laud. com. Vigilia S. Bartholomæi Apost. An. & y. de Feria currente. Oratio ut in coinmuni Da quæsumus. folio viij.

Missa Justus ut palma. Vespera de sequenti comem. præced.


Die xxjv. Augusti.

S. BARTHOLOMÆI
Apostoli, duplex. ij. class.
Oratio.

OMnipotens sempiternæ De, qui hujus diæ venerandam sanctamq; lætitiã in beati Apóstoli tui Bartholomæi festivitãte tribuísti: * da Ecclesiã tuã quæsumus, & amãre quod credidit, * & prædicãre, quod dócuit. Per Dóminum nostrum.

In Vesperis comem. sequentis.
In Missa Introitus. Mihi autem. xij.

Pro Graduali.



Offertorium
Mihi autem. fol. lxxi.

Communio.
Vos, qui secuti. fol. cxlij.

Die xxv. Augusti.

S. LUDOVICI RE-
gis Gallia Confess. semid.
Oratio.

DEus, qui beátum Ludovicū Confessórem tuum de terréno regno ad cælestis regni glóriã trãstulísti: * ejus quæsumus, méritis & intercessione * Regis regū Jesu Christi Filij tui faciãs nos esse confórtes. Per eúndem Dñm.

Missa Os just. II. loco.
In Vesperis comem. sequentis.

Die xxvj. Augusti.

S. Zephyrini Pãpã M.
Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: * ut beati Zephyrini Mátyris tui atq; Pontificis, cujus gaudémus méritis, * instruatúr exéplis. Per Dóminum.

Die xxvij. Augusti.

S. AUGUSTINI E-
Conf. Eccl. Doct. duplex.
In utrifque Vesperis Antiphona O Doctor.

Oratio.

Adesto supplicationibz nostris
Omnipotens Deus: & quibus
fiduciam speranda pietatis in-
dulges; * intercedente beato Au-
gustino Confessore tuo atque
Pontifice; * consueta misericor-
dia tribue benignus effectum.
Per Dominum.

In I. Vesperis & Laudibus commemor. S.
Hermetis Martyris.

Oratio.

Deus, qui beatum Hermetem
Martyrem tuum virtute con-
stantia in passione roborasti; * ex
ejus nobis imitatione tribue, pro
amore tuo prospera mundi de-
spicere; * & nulla ejus adverfa
formidare. Per Dominum.

In Missa Introitus. In medio.
fol. xlv. Pro Graduali. Alla alla Inveni Da-
vid. fol. 402. Offert. Justus ut palma. fol. xlvj.
Communio. Fidelis servus. fol. xliij.
Vespera a Capitulo de seq. com. precedent.
& S. Sabinae Mart. Ana. Simile est. y. Specie tua
Oratio ut infra.

Die xxx. Augusti.

IN DECOLLATIO-
ne S. Joannis Bapt. duplex.

Omnia de Communi Unius Martyris, praeter
sequentia.

Ad Magnificat Antiph.

Misso Herodes t spiculatore

praecipit amputari caput Jo-
annis in carcere: quo audito dis-
cipuli ejus venerunt & tulerunt

corpus ejus, & posuerunt illud in
monumento. *i.*

Oratio.

Sancti Joannis Baptista, Prae-
cursoris & Martyris tui qua-
sumus Domine, veneranda festivi-
tas; * salutaris auxilij; * nobis praes-
tet effectum. Qui vivis & regnas.
De S. Sabina Martyre.

Oratio.

Deus, qui inter caetera potenti-
ae tuae miracula, etiam in sexu
fragili victoriam martyrij contu-
listi; * concede propitius; * ut qui
beatae Sabinae Martyris tuae na-
talitia colimus, perejus ad te ex-
empla gradiamur. Per Dnm.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Herodes enim tenuit & li-
gavit Joannem, & posuit in carce-
rem propter Herodiadem. 3.

Domine mi rex, da mihi in dif-
ficultate caput Joannis Baptista. 3.

Puellae saltanti imperavit ma-
ter: nihil aliud petas nisi caput
Joannis. *i.*

Kk. 2.

Die xxx. Augusti.

Añā IV. Arguēbat Herodem̄ Joānes propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippouxorē



Dam̄hi in discoꝝ caput Joannis



Baptistæ: & contristatus est rex



propter jusjurandum. 4.

Ad Benedictus Añā.

Misso Herodes spiculatore. &c. ut supra in j. Vesper. ad Magnificat. Oratio. Sancti Joannis Baptistæ. supra.

Dein fit comem. S. Sabine mart. Añā. Date ei. v. Diffusa est. Oratio supra.

Vesperæ à Capitulo de seq. ut infra. com. præc. Añā prop. ut sequitur, ac Ss. Felicis & Adaucti Mart. Oratio propria infra.

Ad Magnificat Antiph.



Misit rex incredulos ministros



detestabiles, & amputari jussit



caput Joannis Baptistæ. ω.

Ad Missam.

Intritus Loquebar. fol. lvi. led Versy sequēs.



Bonum est confiteri Domino: & psallere



nomini tuo, Altissime. V.

Pro Graduali Allā. allā. Iustus germinabit. fol. 429. Offertorium. In virtute. folio. li.


Communio. Posuisti. folio. xxvj.

NB. Placuit huc ponere Communionem, quæ supra in Vigilia S. Joannis Bapt. requiritur.

Communio.



Magna est gloria ejus in salutari



tu o: gloriam & magnum de-



co rē impones super e um Domine.

S. ROSÆ LIMANÆ
Virginis, duplex.

Oratio.

Bonorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatā Rosam cælestis gratiæ rore præventam, virginitatis & patientiæ decore Indis florēscere voluisti: * da nobis famulis tuis. * ut in odore suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereāmur. Per Dominum nostrum.

In Laud. comem. Ss. Felicis & Adaucti M.

Oratio

Majestatem tuam, Dñe, supplices exoramus: * ut sicut nos jūgiter Sanctōrum tuorum comemoratiōne latificas, * ita se per supplicatiōne defendas. Per Dominum nostrum.

Missa. Dilexisti.

Vesperæ à Capitulo de seq. com. præced.

Die xxxj. Augusti.

S. RAYMUNDI
Nonnati Conf. duplex.

In Hymno. Meruit supremos.

Oratio.

Deus, qui in liberandis fidelibus ab impiōrum captivitate beatum Raymundum Confessorem tuum mirabilem effecisti: * ejus nobis intercessiōne concede: * ut à peccatorum vinculis absolūti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequāmur. Per Dñm.

Missa. Os justī. II. loco.

Vesperæ à Capit. de S. Egidio Abb. Or. infra. com. præced. & Ss. xij. Frat. M. ut infra.

FESTA SEPTEMBR.

DOMINICA

Qua est in Kalendis, vel proxima post illas.

IN FESTO

SS. ANGELORUM CUSTODUM.

Duplex II. class.

In Vesperis Antiph. Angelis suis & ex Laudibus Psalmide Dominica. Capitulum.

Exodi 23.

Bonae ego mittam Angelum meum, qui praecedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus.

Respons. breve.

Ascendit fumus aromatatum, in conspectu Domini. De manu Angeli. Gloria.

Custodes hominum psallimus Angelos Natura fragili, quos Pater addidit, Caelestis comites, insidiantibus

Ne succumberet hostibus. Nam quod corruperit proditor Angely Concessis merito pulsus honoribus Ardens invidia pelleret nititur, Quos caelo Deus advocat.

Huc Custos igitur per vigil advola Avertens patria de tibi credita Tam morbos animi, quam requiescere Quidquid non finit incolas.

Sancta sit Triadi laus pia jugiter, Cujus perpetuo Numine machina

Triplex haec regitur, cujus in omnia Regnat gloria saecula. Amen.

In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo.

Ad Magnificat Antiph.

Omnes sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Oratio.

Deus, qui ineffabili Providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & aeterna societate gaudere. Per Dominum.

Deinde fit comem. Dominica. Ad Laudes & Horas Antiph.

Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

Kk 3.

Laudemus Dominum quem lau-
dant Angeli, quæ Cherubim &
Seraphim Sanctus Sanctus San-
ctus proclamant. 2.

Angeli eorum semper vident
faciē Patris mei, qui est in cælis.

Oratio.
An̄a IV. Benedictus Deus, qui
milit Angelū suū, & eruit seruos
suos, qui crediderunt in eum.

Laudate Deum omnes Angeli
ejus, laudate eum omnes vir-
tutes ejus. 5.

Capitulum. Ecce ego mittam supra.
Rc. br. Stetit Angelus juxta a-
ram Templi. **v.** Habens thuribu-
lum aureū in manu sua. **Gloria.**

Hymnus.
Orbis Patrator optime,
Qui, quidquid est, potentia
Magna creasti, nec regis
Minori providentia.

Ad esto supplicantium
Tibi reorum coeturi,
Lucisque sub crepusculum,
Lucem novam da mentibus.
Tutusque nobis Angelus

Signatus ad custodiam
Hic adfit; à contagio
Qui criminum nos protegat.

Serpentis nobis æmuli
Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentia
Incauta nectat pectora.

Metum propellat hostium
Nostris procul de finibus:
Pacem procuret civium
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria
Qui, quos redemit Filius
Et sanctus unxit Spiritus
Per Angelos custodiat. Amen.

v. In conspectu Angelorum psal-
lam tibi Deus meus. **R.** Adorabo
ad Templum sanctum tuum & con-
fitebor Nōmini tuo.

Ad Benedictus Antiph.
Reverſus est Angelus, qui loque-
batur in me, & suscitavit me, quali
virū, qui suscitatur à somno suo.

Oratio. Deus, qui ineffabili. *comem. Dom.*

Ad Tertiam.
Antiphona. Laudemus Dominum.
Capitulum. Ecce ego mittam supra.

v. Stetit Angelus juxta aram Tem-
pli. **R.** Habens thuribulum aure-
um in manu sua.

Ad Sextam.
Antiphona. Angeli eorum. *Exodi 23.*
Capitulum.

Nec contemnendum putes: qui
na non dimittet, cum peccave-
ris: & est Nomen meum in illo.

v. Ascendit fumes aromatatum in
conspectu Dñi. **R.** De manu Angeli.

Ad Nonam.
Antiphona. Laudate Deum. *Exodi 23.*
Capitulum.

Quod si audieris vocem ejus,
& feceris omnia, quæ loquor,

inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: pracedetque te Angelus meus.

V. In conspectu Angelorum psalla tibi Dey me. **R.** Adorabo ad Templu scitu tuu, & confitebor Nominu tuo.

In II. Vesperis omnia ut in primis, excepto, quod loco ultimi Psalmi dicatur Confitebor tibi Dne... quoniam audisti fol. 46. & seq.

Ad Magnificat Antiph.

Sancti Angeli Custodes nostri defendite nos in praelio, ut non pereamus in tre mendo iudicio.

Oratio Dets, qui ineffabili supra. Postea comem. Dominica.

Ad Processionem.

TE sanctum Dominum, in excelsis laudant omnes Angeli dicen-

Musical notation for the first part of the Magnificat, including the text: "tes: Te de cet laus & honor Do mine." with a cross symbol.

Che rubin quoque & Seraphim, Sanctus proclamant, & omnis celicus Or do dicens, Te decet.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Te decet.

Ad Missam.

Introitus, Benedicite Dominum. fol. 443.

Pro Graduali.

Musical notation for the Gradual, including the text: "Alle lu ja al le lu ja. Benedi ci te Domino".

omnes virtutes e - jus, mini-
stri eius, qui fa- citis voluntatem
e - jus. al le lu ja.

Offertorium.

Benedicite Do minū omnes Angeli
e - jus, ministri eius, qui facitis verbū e -

jus ad audiendam vocem sermonū e - jus.

Communio. Benedicite omnes. fol. 444.
Sic dicitur Officium & Missa per totam Octavā.
NB. Si Festum Ss. Angelorum concurrat eadem
Dominicā cum Festo Dedicacionis Ecclesie, tunc
fit de Dedicacione. & Festū Ss. Angelor. transfer-
tur in diem v. Septemb. et nihil de S. Laurentio Ju-
stiniano. Sed propterea, non etiam transfertur
Dies Octava Angelor. sed terminatur cū Octavā
Dedicat. ita, ut in utrisque Vesperis & Laudibus
Octavæ Dedicacionis fiat etiam Comem. Octavæ
Diei Ss. Angelorū. & postea nil amplius fiat de
eis illo anno.

Die j. Septembris.

S. ÆGIDIJ AB- batis, duplex.

Oratio.

DEus, qui beatum Ægidium,
Abbatem erogatis in paupe-
res divitijs ad eremum mirā provi-
dentiā traduxisti. * fac nos ejus
intercessiōne mundi cadūca despi-
cere. * & sola cælestia desiderare.

Per Dominum nostrum.
In Laud. fit Comem. Ss. xij. Fratrum Mm.
Oratio.

FRaterna nos, Domine, Mārty-
rum tuōrum corōna latificet. *
quæ & fidei nostræ præbeat incre-
menta virtutum. * & multiplici
nos suffragio consolētur. Per Dñm.
Vesperæ à Capitulo de seq. comem. præc.
Die ij. Septembris.

S. NONNOSI Abbatis, duplex.

Omnia de Communi.
In Vesperis comem. sequentis.
Die iij. Septembris.

S. STEPHANI REG. Hungaria Conf. semid.

In Hymno dicitur Meruit supremos.
Oratio.

Concède, quæsumus, Ecclesia
tuæ omnipotens Deus. * ut be-
atum Stēphanum Confessorē tuū,
quem regnāntem in terris propa-
gatōrem habuit. * propugnato-
rem habere mereatur gloriōsū
in cælis. Per Dominum.

Missæ. Os justi.
Vesperæ de sequenti comem. præc.
Die jv. Septembris.

S. ROSALIÆ VIR- ginis, duplex. Oratio.

EXaudi nos Deus salutāris
noster. ut sicut de beatā Ro-
saliā festivitate gaudēmus. * ita
piæ devotiōnis erudiāmur affē-
ctu. * & ejus intercessiōne ab ira-
cundiā tuā flagellis misericordi-
ter liberēmur. Per Dominum.

Missæ. Dilexisti.
In Vesperis comem. sequentis, si celebratur.
Die v. Septembris.
S. Laurentij Justiniani E. C. ad libit.

Si hoc Festum incidit in Dominicam vel diem infra Octavam, omittitur, cum non transferatur. Omnia de Comuni II. loco. in Hymno dicitur Meruit supremos. Vespera de sequenti com. prac.

S. MAGNABARIS duplex.

Oratio.

Deus, qui beati Magni Abbaris praedicationem ac virtutum merita copiosa miraculo-

rum gratia comprobasti: * quatuordecim, ut cum plebe tua, qua per eum fidei Sacramenta percipit, * aeternae vitae praemia consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui

Vesp. à Capit. de seq. Meruit supremos. com. prac. Die vij. Septembris.

S. ADELPHI EPISCOPI, Confessoris, duplex.

Omn. de Comuni II. loco. Vesp. solenn. de seq. com. pr.

DIE VIII. SEPTEMB.

IN FESTO

NATIVITATIS

B. MARIAE V.

Duplex II. Classis.

Omnia ut in Festo Inacul. Concept. eisdem mutata sola Voce Conceptionis, in vocem Nativitatis, ubique. 393.

Ad Laudes solum fir. Comem. S. Adriani. Mart. Oratio de comuni. III. loco.

Ad Processionem.

Musical notation for the beginning of the processional chant, consisting of several staves with square neumes.

Regali exprogenie Maria

Musical notation for the beginning of the chant, consisting of several staves with square neumes.

exorta refulget. Cujus precibus

Musical notation for the beginning of the chant, consisting of several staves with square neumes. Includes the text: nos adjuvari mente & spiri- tudine de votis fime pol cimus.

versus.

Corde & animo Christo canamus glori-

KK.s.

am in hac sacra solemnitate præcellæ Ge ni
 tricis suæ. *Cujus.*

In II. Vesp. fit Comem. S. Gorgonij M. Or. infra.
 Dominica infra Octavam.

FESTUM SS. NOMIN.

MARIE, Duplex majus.

Si dies immediatè sequens post F. Nativit. fit Do-
 minica, Vesperæ dicuntur integræ de Nativ. sine
 Com. festi Nom. Si autem F. Nom. incidat in Diem
 Octavam Nativ. tunc Officium fit de Nom. sine
 Com. Octavæ. Quod si F. Nom. incidat in diem Octa-
 vam Dedication. Eccl. aut Ss. Angelor. Custodi,
 transfertur in primam diem non impediam.

Totum Officium fit ut in Comuni B.M.V. j.
 præter Orationem sequentem

Oratio.

Concede quæsumus omnipotēs
 Deus: ut fidèles tui, qui sub
 sanctissimæ Virginis MARIE Nō-
 mine, & protectione latantur: * eij
 pia intercessiōe à cunctis malis
 liberentur in terris, * & ad gaudia
 æterna pervenire mereantur in
 cælis. Per Dōminum.

Ad Missam.

Introitus Vultum tuum. folio. lxxj.
 Pro Graduali

Al le lu ja, al le lu ja

Tu glo ria Jeru salem, tu

læ titia Israël: tu hono ri-

ficen tia po puli no stri

al le lu ja.

Offertorium Ave Maria. folio. lxxvj.

Communio. Beata viscera. folio. vij.

Die ix. Septembris.

SECUNDA DIE INF.

Octavam Nativitat. B.M.V.

Omnia ut in ipso Festo.

In Laud. fit comem. S. Gorgonij Mart.

Oratio.

Sanctus tuus, Dōmine Gorgo-
 nius sua nos intercessiōe latī-
 ficet: * & pia faciat * solemnitate
 gaudere. Per Dōminum.

Vesperæ de sequenti comem. Octava.

Die x. Septembris.

ficen tia po puli no stri

al le lu ja.

Offertorium Ave Maria. folio. lxxvj.

Communio. Beata viscera. folio. vij.

Die ix. Septembris.

SECUNDA DIE INF.

Octavam Nativitat. B.M.V.

Omnia ut in ipso Festo.

In Laud. fit comem. S. Gorgonij Mart.

Oratio.

Sanctus tuus, Dōmine Gorgo-
 nius sua nos intercessiōe latī-
 ficet: * & pia faciat * solemnitate
 gaudere. Per Dōminum.

Vesperæ de sequenti comem. Octava.

Die x. Septembris.

S. NICOLAI TOLEN-

tini Confess. duplex.

Omnia de Comuni III. loco.

In Laudibus comem. Octavæ.

In Vesp. comem. Octavæ, & Ss. Proti & Hy-
 acinthi Martyr. Or. infra.

Die xj. Septembris.

QUARTA DIE INF.

Octav. Nativitat. B.M.V.

Omnia ut in ipso Festo.

In Laud. fit comem. Ss. Proti & Mm.

Oratio.

Beatōrum Martyrum tuōrum
 Proti & Hyacinthi nos Dōmine
 foveat pretiosa confessio: * & pia
 jūgiter intercessio tueatur. Per Dñm.

Die xij. Septembris.

QUINTA DIE INF.

Octav. Nativitat. B.M.V.

Omnia ut in ipso Festo.

vespera de sequenti comem. Octava.

Die xiiij. Septembris.

S. MATERNI EPIS-

copi Confess. duplex maj.

Omnia de Comuni I. loco.

In Laud. comem. Octava.

Vespera de sequenti comem. preced. & Octav.

Die xjv. Septembris.

INF. EXALTATIO-

nis S. Crucis. dupl. maj.

Omnia ut in Inventione ejusdem iij. Maij. 467. præter ea, quæ hic sequuntur: & quæd. Alleluja ibidem posita. hic ubiq; omitantur, exceptâ solâ Antiphona iij. in Laudibus, ubi Alleluja dicitur

Oratio.

DEus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctæ Crucis annuâ solemnitate lætificas: * præsta quæsumus, * ut cujus mysteriû in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in celo mereamur. Per eundem Dñm.

In II. Vesp. ad Magnificat Antiph.

O - Cruce bene - dicta,

quæ so - la fui - sti digna

porta - re - Regem celo -

rum & Dominû, alleluia. A.

In Missa Offertorium.

Pro tege Domine plebem tuam: per

signum sanctæ Crucis ab omnibus infi-

dijs inimico rum omnium: ut tibi gra-

tiam exhibeamus servitutem, & accep-

tabile fiat sacrificium nostrum.

In II. Vesp. fit comem. sequent. & S. Nicomedis

Mart. Or. ut infra.

Die xv. Septembris.

OCTAVA NATIVI-

tatis B. M. V. duplex maj.

Omnia ut in ipso festo.

In Laudibus fit comem. S. Nicomedis M.

Oratio.

Adesto Domine populo tuo: * Aut beati Nicomedis Martyris tui merita præclara suscipiens, * ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrocinij adjuvetur. Per Dñm.

In Vesperis comem. sequentis, ac Ss. Edithæ Virg. Euphemie, Lucie & Geminiani Martyr. de quibus sequens Añã.

In cælestibus regnis | Sanctorum ha-

bitatio est: & in æternû requies eorum.

* Exultabunt Sancti in gloria, &c. Oratio.

Die xvj. Septembris.

SS. CORNELIJ ET CY-

priani Pontif. Mart. semid.

Omnia de Comuni I. loco

In Laud. fit comem. Ss. Edithæ, Euphemie, &

Añã. Fulgebunt justi sicut sol in conspectu Dei. * Latamini in Domino. &c.

Oratio.

Præsta, Dñe, præcibus nostris cum exultatione proventû: * ut sanctorum Edithæ, Euphemie, Lucie & Geminiani, quorum memoriam annuâ devotione recolinimus, * etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dñm.

Vespera de seq. com. præcedentis.

Die xvij. Septembris.

S. COLUMBÆ V.

& Mart. duplex.

Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: * concede propitius, ut qui beatæ Columbæ Virginis & Martyris tuæ solennia colimus, * ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Missa Loquebar. *Vesp.* à Capit. de seq. com. præc. Simile est. *Diffusa* est.

Die xvij. Septembris.

S. RICHARDIS IM-
peratricis V. dupl.

Oratio Exaudi. *Missa* Vultum tuum. *Vesp.* à Capit. de seq. com. præc. & S. Theodori E. C. *Oratio* II. loco de Comuni.

Die xix. Septembris.

SS. JANUARIJ E. &
Socior. Mart. duplex.
Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Januarij & Sociorum ejus solennitate lætificas: * concede propitius, * ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

In Laud. com. S. Theodori. Or. Exaudi quæsumus Domine. II. loco. *Missa* Salus autem. xxxvj. *Vesperæ* à Capitulo de seq. com. præced.

Die xx. Septembris.

SS. EUSTACHIJ ET
Socior. Mart. duplex.
Oratio.

Deus, qui nos concedis, sanctorum Martyrum tuorum, Eustachij & Sociorum ejus natalitia colere: * da nobis in æterna beatitudine * de eorum societate gaudere. Per Dñm.

In Laud. fit com. Vigilia S. Matthæi. *Ana* & ex fer. curr. si vero incidit hæc Vigilia in IV. Temp. nihil fit de ea in Officio sed solum in Missa. *Fit autem com. IV. temp. per Ana* prop in Laudibus tantum.

Vesperæ de seq. com. præced. tantum.

Die xxj. Septembris.

S. MATTHÆI AP.
& Evangel. dupl. ij. class.

Oratio.

Beatî Apóstoli & Evangelista Matthæi, Domine, precibus ad juvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, * ejus nobis intercessione donetur. Per Dominum.

In Laud. fit com. S. Landelini Mart. Oratio

Præsta ... ut intercedente. IV. loco.

In Vesperis commem. sequentis.

Ad Missam Introitus Os justi. fol. xljx.

Pro Grad. Alla alla. Te gloriosus Apóstolorum.

fol. 524. *Offertorium.* Posuisti. fol. xxxvij.

Comunio.

Magna est gloria ejus in saluta-

ri tu o: gloriam & mag-

num deco rem impones super

e um Domine.

Die xxij. Septembris.

SS. MAURITIJ ET
Soc. Mart. semidupl.

Oratio.

Annue, quæsumus omnipotens Deus: ut sanctorum Martyrum tuorum Mauritij & Sociorum

ejus, nos lætificet festiva solē-
nitas: * ut quorum suffragijs ni-
timur, * eorum natalitijs gloriē-
mur. Per Dōminum.

*Missā Intret. Vesp. à Capit. de seq. com.
præced. & S. Theclæ V.M. Oratio infra.*

Die xxij. Septembris.

S. LINI PAPÆ & Martyris. semidup.

*Orat. Deus, qui nos beati II. Missā Statuit
In Laud. com. S. Theclæ V.M.*

Oratio.

DA quæsumus omnipotens
Deus: * ut qui beatæ Theclæ
Virginis & Martyris tuæ natali-
tia colimus; * & annua solemnità-
te lætēmur, & tantæ fidei profici-
āmus exemplo. Per Dñm.

*Vesperæ de seq. comem. præc.
In Completorio & Hymnis Diei dicitur Glori-
a... Qui natus es de Virgine.*

Die xxjv. Septembris.

B. M. V. DE MERCEDE

Duplex majus.

Omnia de Communi B.M.V. j. præter Orat.

Oratio.

DEus, qui per gloriosissimam
Filij tui Matrem ad liberān-
dos Christi fideles à potestāte Pa-
ganōrum novā Ecclēsiā tuā
prole amplificāre dignātus es: *
præsta quæsumus; ut, quā piē ve-
nerāmur tanti ōperis Institutri-
cem, * ejus pariter mēritis & in-
tercessiōne à peccātis omnibus,
& captivitāte dæmonis liberēmur.
Per eundem Dōminum.

*In Missā Offertorium. Ave Maria. lxxvj.
In Vesperis commem. sequentis Or. infra.*

Die xxv. Septembris.

S. GERARDI EP.

Martyris, duplex.

Oratio.

DEus, qui beāti Gerardi Sacer-
dōtis sacras peregrinatiōnes
ac verbi tui præconiā gloriōsa mar-
tyrij palmā cumulāsti: * præsta quæ-
sumus, ut per ejus vestigia gradi-
ētes, * post mortālis vitæ cursum
ad cœlestem patriā perducā-
mur. Per Dōminum.

*Missā Statuit.
In Vesp. comem. seq. Anā Similabo. v. & Oratio
ut infra, & Ss. Cypriani & Justinae M. Or. infra.*

Die xxvj. Septembris.

IN IMPRESSIONE SS.

Stigm. in Corp. S. Francisci semid.

*In utrisq. Vesp. x. Signāsti Domine
servum tuum Franciscum. B. Signis
redemptionis nostræ.*

*In Hym. Iste Confessor dicitur. Hodie lætus
meruit beara Vulnera Christi.*

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui fri-
gescente mundo ad inflam-
māndum corda nostra tui amōris
igne, in carne beatissimi Francis-
ci Passiōnis tuæ sacra Stigmata
renovāsti: * concēde propitius, ut
& ejus mēritis & precibus cruce
jūgiter ferāmus; * & dignos fru-
ctus pœnitentiæ faciāmus. Qui
vivis & regnas.

Pro SS. Cypriano & Justina Mart.

Oratio.

Beatōrum Mātyrum Cypri-
ani & Justinae nos, Dñe, foveāt
continuāta præsidia: * quia non
desinis propitius intueri, * quos tā-
libus auxilijs concesseris adjuvā-
ri. Per Dōminum.

*Comem. eorundem in Laudibus.
Et in Hymno laudum fit sequens mutatio.*

*Anni recuso tempore
Dies illuxit lumine
Quo Sanctus hic in corpore
Christi recepit stigmata.
Vesperæ à Capit. de seq. com. præced.*

Ad Missam.

Introitus *Mihi autem. f. 418. sed seq. Psalmus.*

Voce mea ad Dominū clamavi: voce mea




ad Dominum deprecatus sum. II.



Pro Graduali.




Al leluja al le lu ja.







Franci - fcus pauper & humilis




cælum dives ingre ditur hym



- nis cœlestibus ho no ra -



tur. al le lu ja.

*Offertorium. Veritas mea. fol. xxxvj.**Communio. Fidelis servus. fol. xliij.*

Die xxvij. Septembris.

SS. COSMÆ & DAMIANI, Martyr. semid.

Oratio.

Parasta, quæ sumus omnipotens Deus: * ut qui sanctorum Martyrum tuorum Cosmæ & Damiani natalitia colimus, * à cunctis malis imminentibus eorū intercessionibus liberemur. Per Dominum.

In Missa Introitus Sapientiam. f. xxxvj. Pro Grad. Alla. alla. Hæc est vera. f. 481. Offertorium. Gloriabuntur. f. 489. Communio. Fecerunt. 481.

Vesperæ à Capit. de seq. comem. præced.

Die xxvij. Septembris.

S. WENCESLAI DUCIS BOHEM. Mart. semid.

Oratio.

Deus, qui beatum Wenceslaurum per Martyrii palmam à terreo principatu ad cælestem gloriam transfulisti: * ejus precibus ab omni nos adversitate custodi. * & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

Missæ In virtute. Vesp. de seq. sine Comem.

DIE XXIX. SEPTEMBRIS.

IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANG.

Patroni Secundarij Ecclesiæ Schutterensjs.

Duplex II. Classis.

Ad Vesperas Anz Stetit Angelus cærel. ex Laud. Psalmi de Dominica. Capitulum.


Apoc. i.

Significavit Deus, quæ oportet fieri citò, loquens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit ver-

bo Dei, & testimonium Jesu Christi, quæcúmque vidit. *R. Deo gratias.*
Resp. br. Ascendit fumus aromatum. f. 527.

Hymnus.

Tibi Christe, Splendor Patris



Vita Virtus cordium



Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes caeli Milites,
Sed praecipue Primatem
Caestis exercitus
Michaellem in virtute
Conterentem zabulum.

Quo Custode procul pelle,
Rex Christe piissime,
Omne nefas inimici
Mundo corde & corpore,
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.

Gloriam Patri melodis
Personemus vocibus:
Gloriam Christo canamus
Gloriam Paracito,
Qui Trinus & Unus Deus
Extat ante saecula. Amen.

y. Stetit Angelus juxta aram Tem-
pli. r. Habens thuribulum aureum
in manu sua.

Ad Magnificat Antiph.

Dum sacrum mysterium tcerne-
ret Joannes, Archangelus Micha-
el tuba cecinit: Ignosce Domine
Deus noster, qui aperis librum,
& solvis signacula ejus, alleluja.

Oratio.
Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: * concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur: * ab his in terra vita nostra muniatur. Per Deum.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Stetit Angelus juxta aram
Templi, habens thuribulum aureum
in manu sua. Alleluia. 4.

Dum praeliare tur Michael
Archangelus cum dracone, audi-
ta est vox dicentium: Salus Deo
nostro, alleluja. 7.

Archangele Michael, constitui
te Principem super omnes animas
suscipiendas. Alleluja. ∞
Angeli Domini Dominum benedi-
cite in aeternum. Alleluja. *irregularis* ∞

Angeli, Archangeli, Throni & Do-

minationes, Principatus & Pote-
 states, Vir tutes celo rum lau-
 date Dominum de cælis, alleluja.

Capitulum.
 Significavit Deus sup.

7.

Respons. breve.

In conspectu Angelorum * plal-
 lam tibi Deus meus. ✠ Adorabo ad
 Templum sanctum tuum, & confi-
 tebor nomini tuo.

Hymnus.

Chrisite sanctorū decus Angelorū
 Rector humani generis & Auctor;
 Nobis æternum tribue benignus

Scandere cælum.

Angelum Pacis Michael ad istam
 Cælitus mitti rogāmus aulam;
 Nobis ut crebrō veniente crescant
 Próspera cuncta.

Angelus fortis Gabriel ut hostem
 Pellat antiquum, voliret ab alto
 Sapius Templum veniens ad istud
 Visere nostrum.

Angelum nobis medicum salutis
 Mitte de cælis Raphaël, ut omnes
 Sanet ægrōtos, pariterque nostros
 Dirigat actus.

Hinc Dei nostri Genitrix Maria,

Totus & nobis Chorus Angelorū
 Semper affisat, simul & beata
 Concio tota.

Præstet hoc nobis Deitas beata
 Patris ac Nati, pariterque sancti
 Spiritus, cujus réboat in omni
 Glória mundo. Amen.

✠ Stetit Angelus juxta aram
 Templi. *R.* Habens thuribulum
 aureum in manu sua.

Ad Benedictus Antiphona.

Factum est silentium in cælo
 dū draco comitteret bellū. & Mi-
 chael pugnavit cū eo, & fecit
 victoriam, alleluja. *Ω.*

Oratio. Deus, qui miro ordine

Ad Tertiam.

Antiph. Dum præliaretur.

Capitulum. Significavit Deus.

✠ Stetit Angelus juxta aram Templi.

Ad Sextam.

Antiphona. Archangele Michael.

Capitulum.

Apoc. 5.

Audivi vocem Angelorū mul-
 torum in circuitu throni, & A-
 nimalium, & Seniorum. & erat nū-
 merus eorū millia milliū, voce mag-
 na dicentium. Salus Deo nostro.
 ✠ Ascendit fūmus aromatatum in
 conspectu Dñi. *R.* De manu Angeli.

Ad Nonam.

Antiphona. Angeli Archangeli.

Capitulum.

Apoc. 12.

Factum est prælium magnū
 in cælo: Michael & Angeli ejus
 præliabantur cum draconē, & dra-
 co pugnabat & angeli ejus; & non
 prævaluērunt, neque locus inven-

tus est eorum amplius in celo.

x. In conspectu Angelorum psallam tibi Dey meo. **B.** Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

In II. Vesperis loco ultimi Psalmi dicitur Confitebor tibi Dne... quoniam audisti. fol. 46. cetera ut in primis præter sequentia.

x. In conspectu Angelorum. **&c. sup.**
Ad Magnificat Antiph.

Princeps gloriofissime Michael Archangele, esto memor nostri huc & ubique semper precare pro nobis Filium Dei, alleluja alleluja.

Oratio. Deus, qui miro ordine supra. Deinde fit com. seq. O Doctor optime. Or. infra. Ad Processionem B. ex Festo Ss. Angelorum Custodum. folio 529.

Missa ut in ES. Gabrielis. 443. præter seq. Pro Graduali.

Alleluja, alleluja.

Sancte Michael Archangele,

defende nos in prælio, ut non



Die xxx. Septembris.

S. HIERONYMI PRES-
byteri. C. Eccles. Doct. duplex.

Oratio.

Deus, qui Ecclesie tuæ in exponendis sacris Scripturis beatum Hieronymum Confessorem tuum Doctorem maximum providere dignatus es: præsta quaesumus; ut ejus suffragantibus meritis, quod ore simul & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. **Per Dominum.**

Missa In medio. de Doctoribus In Vesperis com. sequentis.

FESTA OCTOBRIS.

Dominica I. in mense Octobri.

IN SOLEMNITATE SS.

Rosarij. B. M. V. duplex majus.

Omnia de Communi B. M. V. j. præter Orat.

Oratio.

Deus, cujus Unigenitus per vitam, mortem & resurrectionem suam nobis salutis aeternæ præmia comparavit: concede quaesumus, ut hæc Mysteria sanctissimo beatæ Mariæ Virginis Rosario recolentes, & imitemur, quod continent, &

Ll.i.

quod promittunt, assequamur. Per
eundem Dominum.

*Com. Dominica in utrisque Vesp. & Laud.
Ad Processionem cantantur Lytania Lauret*

Die j. Octobris.

S. REMIGIJ EPISC.

Confessor. semidup.

Omnia de Com. I. loco. In Hym. Meruit supremos

Vespera de sequenti com. preced.

Die ij. Octobris.

S. LEODEGARIJ EP.

Martyris, duplex.

Oratio.

DEus, qui pro singulari veri-
tatis testimonio beatum Le-
odegarium Pontificem tuum tri-
umphali martyrij palmâ coronâ-
sti. * ejus meritis & intercessione
concede, * ut in spiritu veritatis
perseverare valeamus. Per Domi-
num... in unitate ejusdem.

*Missa. Sacerdotes
In Vesperis comem. sequent. Añâ sequens
in utrisque Vesp. ad Magificat.*

*Disperfit dedit pauperibus; justitia
ejus manet in seculum seculi.*

v. Amavit eum. Oratio infra.

Die iij. Octobris.

S. THOMÆ VILLA-

novani Episc. Conf. sem.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Thomam
Pontificem insignis in paupe-
res misericordiae virtute deco-
rasti. * quæsumus, ut ejus inter-
cessione in omnes, qui te deprecantur;
* divitias misericordiae tuae
benignus effundas. Per Dñm.

*Ad Benedicty Añâ. Eleemosinas illius
enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.*

Missa Statuit.

Vespera de seq. com. præc. Añâ Disperfit.

Die jv. Octobris.

S. FRANCISCI

Confessoris, duplex.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam bea-
ti Francisci meritis factu novæ
prolis amplificas. * tribue nobis ex
ejus imitatione terrena despiciere
& caelestium donorum semper par-
ticipatione gaudere. Per Dñm.

Missa eadem, quæ in festo Stigmat. ep. 536.

Vespera de sequenti com. preced. tantum.

Die v. Octobris.

SS. PLACIDI ET SOC

Martyrum, dupl. II. class.

Oratio.

DEus, qui beatum Placidum
in aquis penè demersum mi-
rabiler eripuisti, ut fidem inde,
quam cum pluribus socijs corâ per-
secutoribus confessus est, proprio
sanguine confirmaret. * ipsorum
nobis intercessione concede, * ut
animas nostras propter te perdere
non timentes, eas apud te feliciter
invenire mereamur. Per Dñm.

In Laud. comem. S. Anilani E.C. or. I. loco.

Missa. Salus autem.

In Vesperis comem. sequentis.

Die vj. Octobris.

S. BRUNONIS C.

Duplex.

Oratio.

Sancti Brunonis Confessoris
tui, quæsumus Domine, in-
tercessionibus adjuvemur. * ut
qui Majestatem tuam graviter de-
linquendo offendimus; * ejus me-
ritis & precibus nostrorum delictorum
veniã consequamur. Per Dñm.

Missa Os iusti.

Vesperæ à Capit. de seq. com. præced. & S. Marci P.C. Or. infra. tandem etiam SS. Sergij Bachi, Marcelli & Apuleij. Mm. Or. infra.

Die vij. Octobris.

S. JUSTINÆ VIRGINIS & Martyris, dupl.

Oratio.

DEus, qui nos annua beatae Justinæ Virginis & Martyris tuæ solemnitate lætificas: * da, ut quæ veneramur officio, * etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

In Laudibus fit com. S. Marci. Oratio.

EXaudi Domine preces nostras * & interveniente beato Marco Confessore tuo atque Pontifice, * indulgentiam nobis tribue placatus & pacem.

Deinde Ss. Sergij, Bachi, Mm. Oratio.

Sanctorum Martyrum tuorum nos Dñe, Sergij, Bachi, Marcelli & Apuleij beata merita prosequantur, * & tuo semper faciant amore ferventes. Per Dñm.

Missa Loquebar.

Vesperæ à Capit. de seq. com. præced.

Die viij. Octobris.

S. BIRGITTE VID.

Duplex.

Oratio.

Domine Deus noster, qui beatae Birgitte per Filium tuum Unigenitum secreta cælestia revelasti, * ipsius piæ intercessione da nobis famulis tuis, * ut in revelatione sempiternæ gloriæ tuæ gaudere latantes. Per eundem Dominum nostrum.

Missa Cognovi.

In Vesperis comemoratio sequentis.

Die jx. Octobris.

SS. DIONYSIJ, RUSTICI & Eleutherij Martyr. sem.

Oratio.

DEus, qui hodierna die beatum Dionysium Martyrem tuum Pontificem virtute constantiæ in passione roborasti, quique illi ad prædicandum gentibus gloriæ tuam Rusticum & Eleutherium sociare dignatus es, * tribue nobis, quæsumus, ex eorum imitatione prospera mundi despiceret, * & nulla ejus adversa formidare. Per Dominum nostrum.

Missa Sapientiam.

Vesperæ à Capitulo de sequenti com. præced.

Die x. Octobris.

S. PAULINI EPISC.

Confessoris semid.

Oratio.

EXaudi quæsumus Dñe, preces nostras: * & intercedente beato Paulino Confessore tuo, atque Pontifice * supplicationes nostras placatus intende. Per Dominum nostrum.

Missa Sacerdotes.

In Vesperis à Cap. de seq. Meruit supremos com. præced.

Die xj. Octobris.

S. FRANCISCI BORGIAE Confessoris. semid.

Oratio.

Domine Jesu Christe, vera humilitatis exemplar & prænitium: * quæsumus, ut sicut beatum Franciscum in terreni honoris contemptu imitatorum tui gloriosum effecisti, * ita nos ejusdem imitationis & gloriæ tribuas esse confortes. Qui vivis & regnas.

Ll. 2.

Missa Os justi. I. loco.

Die xiiij. Octobris.

S. EDUARDI C.

Regis Angliæ semidup.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Regem Eduardum Confessorem tuum aternitatis gloriâ coronasti. * fac nos, quæsumus, ita eum venerari in terris, * ut cum eo regnare possimus in calis. Per Dñm.

*Missa Os justi. II. loco.**Vesperæ à Capit. de sequenti com. præced.*

Die xv. Octobris.

S. CALLISTI PAP.

& Martyris. semid.

Oratio.

DEus, qui nos conspicias ex nostra infirmitate deficere: * ad amorem tuum * nos per Sanctorum tuorum exempla misericorditer restaura. Per Dominum.

In *Missa Introitus* Sacerdotes Dei. f. cxxv.
Pro Graduali Alla, alla. Amavit eum. f. xlv.
Offert. Veritas mea. f. xxxvj. *Comunio* Beatus servus. folio. xlvj.

Vesperæ de sequenti com. præc. & SS. Brunonis M. & Theclæ V. per sequent. Antiph.

In caelestibus regnis Sanctorum habitatio est. & in æternum requies eorum. *La*
tâmini. Oratio infra.

Cujus Anæ cantum vide supra folio. 533.

Die xv. Octobris.

S. AURELIÆ VIR

ginis. duplex.

*Omnia de Comuni III. loco.**In Laud. com. SS. Brunonis &c. per Anæ.**Fulgebunt iusti sicut sol, in conspectu Dei. Exultabunt sancti. Oratio.*

Concede quæsumus omnipotens Deus: * ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent: * quatenus, quorum solennia colimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

Festa Octobris.

Vesperæ à Capit. de sequenti com. præc.

Die xvj. Octobris.

S. GALLI ABBATIS.

duplex.

*Omnia de Comuni I. loco.**In Vesperis commem. sequentis.*

Die xvij. Octobris.

S. HEDWIGIS VI

duæ. semid.

Oratio.

DEus, qui beatam Hedwigem à sæculi pompa ad humilem tuæ crucis sequelam toto corde transire docuisti: * concede, ut ejus meritis & exemplo discamus perituras mundi calcare delicias, * & in amplexu tuæ crucis omnia nobis adversantia superare. Qui vivis & regnas.

*Missa. Cognovi.**Vesperæ de sequenti sine Commem.*

Die xvij. Octobris.

S. LUCÆ EVAN

gelistæ duplex. ij. class.

Omnia de Comuni Apostol.

Oratio.

Interveniât pro nobis, quæsumus Domine, sanctus tuus Lucas Evangelistæ: * qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore * pro tui Nominis honore portavit. Per Dominum.

*In Missa Offertorium. Mihi autem f. 391.**In Vesperis Commem. sequentis.*

Die xxj. Octobris.

S. PETRI DE AL

cantara Conf. duplex.

In Hymno dr. Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis penitentia & altissima contemplati-

onis munere illustrare dignatus es: * da nobis quaesumus, * ut ejus suffragantibus meritis carne mortificati, facilius caelestia capiamus. Per Dominum.

Missa. Justus ut palma.
Vesperae a Capit. de seq. ut infra. com. prac.
Die xx. Octobris.

S. THERESIAE

Virginis, duplex.

Hymnus ad Vesp. & Laudes.

Qui cantatur ut Hymnus de Comuni Virgin.

Regis superni Nuntia
Domum paternam deseris,
Terris Theresia barbaris
Christum datura aut sanguinem.

Sed te manet suavior
Mors, poena poscit dulcior.
Divini amoris cuspite
In vulnus icta concides.

O charitatis victima!
Tu corda nostra concrema
Tibique gentes creditas
Averni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Filio,
Et Spiritui Paraclito,
Tibique sancta Trinitas
Nunc & per omne saeculum. Amen.

Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris
noster: * ut sicut de beata
Theresia Virginis tuae festivitatem
gaudemus, * ita caelestis ejus
doctrinae pabulo nutriamur, &
pia devotionis erudiamur affectu.
Per Dominum.

Missa. Dilixisti.
Vesperae a Capit. de seq. ut infra. com. prac.
& S. Hilarionis Abb. Or. I.

Die xxj. Octobris.

SS. URSULAE SOC

Virg. Martyr. duplex.

In utrisque Vesp. ad Magnificat x. & Ana.
x. Adducentur Regi Virgines post eam.
x. Proxima ejus afferentur tibi. Ana.

Itae sunt quae venerunt ex imag-

na tribulatione, & laverunt flos
las suas in sanguine Agni.

Oratio.

Da nobis, quaesumus Dne Deus
noster, sanctarum Virginum & Mar-
tyrum tuarum Ursulae & Sociarum
ejus palmas incessabili devotione
venerari: * ut quas digna mente
non possumus celebrare, * humili-
bus saltem frequentemus obsequi-
is. Per Dominum.

Ad Benedictus x. & Antiphona.
*x. Adducentur. Antiph. Prudentes Vir-
gines, aptate vestras lampades: ecce Spon-
sus venit, erite obviam ei.*
Deinde fit coment. S. Hilarionis Abbatis.
Missa. Loquebar.

Die xxjv. Octobris.

S. RAPHAELIS ARCH

angeli, duplex majus.

Ad Vesperas Ana. Missus est. ex Laudibus.
Psalmi de Dominica.
Capitulum.

Job. ij.

Quando orabas cum lacrymis
& sepeliabas mortuos, & de-
relinquebas prandium tuum &
mortuos abscondebas per diem
in domo tua, & nocte sepeliabas
eos; ego obtuli orationem tuam
Domino.

*x. breve. Ascendit fumus aromatum * in
conspectu Dni. x. Demanu Angeli. Gloria.
cujus cantum vide supra. fol. 527.*

*Hymnus Tibi Christe splendor Patris. ut
in Festo Michaelis. Sed strophae secunda mu-
tatur hoc modo.*

*Collaudamus venerantes
Omnes caeli Principes,
Sed praecipue fidem
Medicum & Comitum
Raphaelem in virtute
Alligantem draconem. &c.*

x. Stetit Angelus juxta &c ut ibidem 537.
Ad Magnificat Antiphona.

Ego sum Raphael Angelus

LLs.

qui affo ante Do minum: vos au-
tem benedicite Deū & narrate
omnia mirabilia ejus. 7. 05.

Oratio.

DEus, qui beatum Raphaëlem
Archangelum Thobiae famu-
lo tuo comitem dedisti in via: *
concede nobis famulis tuis; * ut
ejusdem semper protegāmur custo-
dia, & muniāmur auxilio. Per Dñm.

Ad Laudes & Horas Añā.

Misus est Angelus Rapha-
el ad Tobiam & Saram, ut cura-
ret eos. 7. 0.

Ingressus Angelus ad Tobia fa-
lutavit eum, & dixit: Gaudiū
tibi sit semper. 7.

Forti animo esto Tobias, in pro-
ximo enim est, ut à Deo curens. 7.

Antiph. IV. Benedicite Deum ca-
li & coram omnibus vivētib;
confitemini illi, quia fecit vobiscū
misericordiam suam.

Pax vobis in nolite timere: Deū be-
nedicite & cantate illi. 7.

Capitulum. Quando orabas. *suprà.*
B. br. In conspectu Angelorum. **Hymnus.**
Christe sanctorum decus Angelorum ut in
Festo S. Michaelis 538. *secundā & tertiā strophā*
prætermittā. V. Sterit Angelus. ibidem.

Ad Benedictus Antiphona.

Ego sum Raphael Angelus, qui
affo ante Dñm; vos autem
benedicite Deum & narrate om-
nia mirabilia ejus, allelūja.

Oratio. Deus, qui beatum Raphaelē sup.

Ad Tertiam.

Antiphona. Ingressus Angelus.
Capitulum. Quando orabas. *suprà.*

V. Ascendit fūmus aromatū in cō-
spēctū Dñi. **B.** De manu Angeli

Ad Sextam.

Antiphona. Forti animo
Capitulum.

Tob. 12.

ET nunc misit me Dñm, ut
curarem te, & Saram uxorem
filij tui à dæmone liberarem. Ego
enim sum Raphaël Angelus unus
ex septem, qui astāmy ante Dñm.

V. In conspectu Angelorū psallam
tibi Deo meo. **B.** Adorabo ad Templū
sctum tuū, & confitebor nomini tuo.

Ad Nonam.

Antiphona. Pax vobis.
Capitulum.

Tob. 12.

Tempus est, ut revertar ad eū,
qui me misit; vos autem bene-
dicite Deum & narrate omnia mi-
rabilia ejus.

V. Adorate Deum, allelūja. **B.** Om-
nes Angeli ejus, allelūja.

In II. Vesperis loco ultimi Psalmi dicitur seq.
Confitebor tibi Dñe... quoniam audisti. fol. 46.
cetera ut in primis Vesp. præter sequentia.

V. In conspectu Angelorum. **Sec.**

Ad Magnificat Añā.

Princeps gloriosissime Raphael
 el Archangele, esto memor nostri
 hic & ubique semper precare
 pro nobis Filium Dei. A.

Oratio Deus, qui beatum Raphaeli-
 em sup. fit comem. SS. Chrysan-
 thi & Daria Mm. ut inf.

Ad Missam.

Introitus. Benedicite Dominum. fol. 443.
Pro Graduali.

Alleluja, alleluja.

In conspectu Angelorum

psallam tibi, adora-
 bo ad

Templum sanctum tuum & confitebor

nomini tuo. o, alleluja.

Angeli, Archangeli, Throni &

Offertorium. Sicut
 tit. An-
 gely.
 444.
 Com-
 mento

Angeli, Archangeli, Throni &

Dominaciones, Principatus & Po-
 testates, Virtutes caelorum Che-
 rubim atque Seraphim Dominum

benedicite in aeternum.

Die xxv. Octobris
 SS. Chrysan-
 thi & Daria Mm.

Oratio.

Beatorum Martyrum tuorum
 Dne, Chrysan-
 thi & Daria, qua-
 sumus, adfit nobis oratio: * ut quos
 veneramur obsequio; * eorum pi-
 jugiter experiamur auxilium.
 Per Dominum. **Missa.** Intret

Die xxvj. Octobris.

**S. AMANDI EPIS-
 copi Conf. duplex maj.**

Omnia de comuni I. loco.
 In I. Vesp. & Laud. comem. S. Evaristi Papae &
 Mart. **Oratio.** Infirmis arem.

Die xxvij. Octobris.

In Vigilia SS. Apost. Simonis & Judae

Oratio.

Concede quaesumus, omnipotes
 Deus: ut sicut Apostolorum tu-
 orum Simonis & Judae gloriosa na-
 talitia praevenimus; sic ad tua be-
 neficia promerenda Majestatem

tuan pro nobis ipsi prævéniat. Per
Dóminum.

Ad Missam.

Introitus Intret. fol. xxxij. Pro Graduali.

Vindica Domine sanguinem Sancto rum

tuo rum, qui effu sus est.

Offertor. Exultabunt Sancti. fol. xxxvii. sine

Allel. Communio Posuerunt mortalia. f. 481.

Die xxxvii. Octobris.

IN FESTO SS. APOST.

Simonis & Judæ. dupl. ij. class.

Oratio.

DEUS, qui nos per beátos Apó-
stolos tuos Simónem & Judam
ad agnitiónem tui Nómínis veni-
re tribuisti. * da nobis eórum glo-
riam sempitérnam & proficiendo
celebráre * & celebrándo profice-
re. Per Dóminum.

Ad Missam.

Introitus. Mihi autem fol. xij. Pro Graduali.

Al le lu ja, alle lu ja. Ni

mis honora ti sunt a mi ci tui

De us, nimis conforta tus

Est principatus eo rum,

al le lu - ja.

Offertorium In omnem terram. folio. 392.

Communio. Vos, qui secuti. xiiij.

Die xxxj. Octobris.

S. WOLEGANGI E.

Confess. duplex majus.

Oratio.

DEUS, qui nobis æténa salútis
beatum Wolfgángum ministrū
tribuisti. * præsta quæsumus, * ut
quem Doctórem vitæ habuimus in
intercessiórem habere mereámur
in cælis. Per Dóminum.

In Laud. fit comm. Vigiliæ omnium Sancto-
rum.

Oratio.

Domine Deus noster, multiplica su-
per nos grátiam tuam: & quorum
prævenimus gloriósa solemnia, tri-
bue súbsequi in sancta professione læti-
tiam. Per Dóminum.

Missa. Sacerdotes tui.

Ad Missam Vigiliæ Introitus.

U dicant Sancti gentes, & dominan-

tur populis, & regna bit Dominus Deus illo-

rum in perpe tuū. **Ps.** Exultate iusti in

Domino, rectos decet collaudatio. VII.

Pro Graduali.

Exultabunt Sancti in gloria, lætabun-

tur in cubi libus su is.

Offertorium. Exultabunt Sancti. fol. 400.

Communio. Iustorum animæ. folia 480.

Vesperæ solem. de seq. sine ulla comem.

FESTA NOVEMBRIS.

DIE I. NOVEMBRIS.
I N F E S T I V I T .
OMNIUM SANCTORUM.
D U P L E X I . C L A S S I S .

AD VESPERAS.

Antiphonæ Vidi turbam magnam. *ex*
 Laud. Psalmi de Dominica.
 Capitulum. *Apocal.*

Ecce ego Joannes vi-
 di alterum Angelū
 ascendentem ab or-
 tu solis habentem fig-
 num Dei vivi: & cla-
 māvit voce magna
 quatuor Angelis,
 quibus datum est nocere terrā &
 mari, dicens. Nolite nocere terrā
 & mari neque arboribus, quoad-
 usque signemus Servos Dei no-
 stri in frontibus eorum.

Responsorium breve.

Exultent Justī, * in conspectu
 Dei. *x.* Et delectentur in lati-
 tia. *Gloria Patri.*

Hymnus.

Christe Redemptor omnium
 Conferva tuos famulos,
 Beatæ semper Virginis
 Placa tus sanctis precibus.

Beata quoque agmina
 Cælestium Spirituum
 Præterita, præsentia
 Futura mala pellite.

Vates æterni Jûdicis,
 Apostolique Dòmini
 Suppliciter exposcimus
 Salvâri vestris precibus.

Martyres Dei incliti
 Confessoresque lucidi
 Vestris orationibus
 Nos ferte in cælestibus.

Chori sanctarum Virginum,
 Monachorumque omnium,
 Simul cum Sanctis omnibus
 Confortes Christi facite.

Gentem auferte perfidam
 Credentium de finibus
 Ut Christo laudes debitas
 Perfolvamus alacriter.

Gloria Patri Ingénito
 Ejusque Unigénito,
 Una cum sancto Spîritu
 In sempiterna sæcula. Amen.

x. Latâmini in Dòmino & exul-
 tate Justī. *bc.* Et gloriâmini om-
 nes recti corde.

Ad Magnificat Añã.

Angeli, Archangeli, Throni
 & Do minationes, Principatus

Ll. s.

& Potestates, Virtutes caelorum,
 Cherubim atque Seraphim. Patri
 archæ & Prophetæ, Sancti legis
 Doctores Apostoli, omnes Christi
 Martyres: sancti Confessores, Vir
 gines Domini, Anachoretæ:
 Sanctique omnes intercedite
 pro nobis. *A.*

Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus
 qui nos omnium Sanctorum
 tuorum merita sub una tribuisti
 celebritate venerari. *quæsumus,*
 ut desideratam nobis tuæ propiti
 ationis abundantiam multiplicat
 is intercessoribus largiaris. Per
 Dominum nostrum.

Ad Laudes & Hor. Antiph.

Vidi turbam magnam, †
 quam dinumerare nemo poterat
 ex omnibus gentibus stantes an
 te thronum. *A.*

Et omnes Angeli † stabant in cir
 cuitu throni & ceciderunt in
 conspectu throni in facies suas
 & adoraverunt Deum. *A.*

Redemisti nos † Dñe Deus in San
 gine tuo ex omni tribu & lingua
 & populo & natione: & fecisti
 nos Deo nostro regnum. *Ω.*

Benedicite Dominum omnes E
 lecti eius: agite dies lætitiæ
 & confite mini illi. *Ω.*

Hymnus omnibus Sanctis eius
 filijs Israel, populo appro
 pinquanti sibi: gloria hæc est om
 nibus Sanctis eius. *Ω.*

Capitulum. Ecce ego Joannes. supra.

R. breve.

Lætamini in Domino, * & ex

ultate iusti. *✠* Et gloriamini omnes recti corde. *Gloria Patri.*
Hymnus.

Jesu Salvator sæculi
Redemptis ope subveni:
Et pia Dei Génitrix
Salutem posce miseris.

Cœtus omnes Angelici,
Patriarcharum cunei,
Et Prophetarum mérita
Nobis precéntur véniam.

Baptista Christi prævius
Et Claviger æthereus
Cum cæteris Apóstolis
Nos solvant nexu criminis.

Chorus sacrátus Mártyrum
Confessio Sacerdotum.
Et Virginális Castitas
Nos à peccáti abluant.

Monachorum suffragia,
Omnesque Cives calici
Annuant votis supplicum,
Et vitæ poscant præmium.

Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri & Filio
Sancto simul Paráclito
In sæculorū sæcula. Amen.

✠ Exultabunt Sancti in glória. *✠* Lætábuntur in cubilibus suis.

Ad Benedictus Antiph.

Te gloriosus † Apostolorum

chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrū candidatus laudat exercitus, te omnes Sancti & electi voce confitentur unanimes: Beata Trinitas, unus Deus. 7.

Oratio. Omnipotens sempiternus Deus.

Ad Tertiam.

Antiphona. Et omnes Angeli.
Capitulum. Ecce ego Joannes, supra.
✠ Lætamini in Domino & exultate iusti.
✠ Et gloriamini omnes recti corde.

Ad Sextam.

Antiphona. Redemisti nos. *Apoc. 7.*
Capitulum.

Post hæc vidi turbam magnā, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis stantes ante thronum Dei in conspectu Agni, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum.

✠ Exultent iusti in conspectu Dei.
✠ Et delectentur in lætitia.

Ad Nonam.

Antiphona. Hymnus omnibus. *Apoc. 7.*
Capitulum.

Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.

✠ Iusti autē in perpetuū vivent.
✠ Et apud Dñm est merces eorum.

Ll. 6.

In II. Vesperis.

Omnia ut in primis præter seq. Psalmi ut in Comuni Martyrum in II. Vesp.

✠ Exultabunt Sancti in gloria.

B. Latabuntur in cubilibus suis.

Ad Magnificat Antiph.

O quam gloriosum est regnum,

in quo cū Christo gaudent om-

nes Sancti amicti stolis albis se-

quuntur Agnum, quocumque i-

erit.

Oratio Omnipotens sempiternæ De-

us. supra.

Ad Processionem.

BEatissime Sancti Dei

gloria: Ideoque præcamur, ut

omnes, qui meruistis consortes si-

memores nostri intercedere dig-

The right page of the manuscript contains musical notation for the Magnificat and other parts of the Mass. The notation is written on five-line staves with square neumes. The text is written below the staves. The Magnificat text is: "O quam gloriosum est regnum, in quo cū Christo gaudent omnes Sancti amicti stolis albis sequuntur Agnum, quocumque ierit." The Oratio text is: "Oratio Omnipotens sempiternæ Deus. supra." The Procession text is: "Ad Processionem." The text continues with "BEatissime Sancti Dei gloria: Ideoque præcamur, ut omnes, qui meruistis consortes si- memores nostri intercedere dig-".

omnium: de quorum solemnita-
 te gaudent An geli & collau-
 nemini pro nobis ad Dominum
 dant Fi lium De i.

De um no strum. *V.*

Psalms.
 Exultate iusti in Domino: rectos decet
 collaudatio. *I.*
 Alle lu ja alle -

Gude te & exul ta te, quoniam
 merces vestra multa est in cae lis. 7.



Ad Missam.

Gudeamus omnes in
 Introitus
 Do mino, Die festu celebra-
 tes sub hono re Sanctoru

lu ja. **V**eni te ad
 me om nes, qui labora tis &
 onerati e stis & ego refi-



Offertorium Justorum animarum. fol. xxxvij.
Communio.



NB. Hodie dicto in II. Vesp. Benedicamus Domino. & Deo gratias. fit Processio funebris. sub qua cantatur R. Libera me Domine. fol. cxlij. Fiant autem IV. Stationes Processionis. I. erit in Coemeterio Conventus, quousque cantatur usque ad V. Tremens factus sum. ibique recitatur Psalmus Misere. &c. II. Statio erit ad Ostuarium, quo ducta cantatur usque ad V. Dies illa. ubi recitatur H. Misere. & De profundis. Digrediendo inde cantatur usque ad finem Responsorii. Statio III. erit in loco

dicto Paradeys. ubi Ps. De profundis. recitatur tandem procedendo ad Lecticam mortuorum in ipsa Ecclesia repetitur R. Libera me Domine. usque ad V. In hac Statione IV. recitantur Vesperae Defunctorum ab ritu Duplici. Cetera ut in Ordinario Monasteriali.

¶ Si sequens Dies fuerit Dominica, praedicta fiant post Vesperas Dominicae, & sequenti Feria II. fit Officium diurnum de Die III. infra Oct. O. SS. & sic fit Commem. Om. Fid. Defunct. cu toto Officio proprium. Festum vero S. Pirminij E. C. sic impeditum debet transferri in diem proximam non impeditam ita ex varijs eruitur R. C. Decretis.

Die ij. Novembris.

SECUNDA DIE IN- fra Octavam Omn. Sanctorum.

Omnia ut in ipso Festo.

Post Nonam Canonica dicitur Officium Defunctorum sub ritu Duplici. sublequitur Missa solemnis de Requiem. qua finita iterum fit Processio funebris ordine & cum Stationibus ut heri. ultimo ad Lecticam fit Absolutio.

¶ Hodie Missae omnes cum Principali [quam celebrat Abbas] Jerunt de Requiem. I. excepta sola Missa Conventuali, quam Hebdomadarius leget de De Octava cu applicatione tamen pro Defunctis. ut pratenditur ex varijs S. R. C. Decretis.

Vesperae de sequenti sine commem. Octavae tota die.

Die iij. Novembris.

S. PIRMINIJ EPISC.

Confess. duplex ij. class.

Omnia de Communi I. loco.

In Vesperis fit commem. leg. ac SS. Vitalis & Agricolae Martyrum. Oratio infra.

Die jv. Novembris.

S. CAROLI EPISC.

Confessoris, duplex.

Oratio.

Ecclēsiā tuam, Domine, sancti Caroli Confessoris tui atque Pontificis continua protectione custodi: * ut, sicut illum pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit; * ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum.

In Laudibus fit comm. Octava Om. Sanct. Dein Ss. Vitalis & Agricolae Mm. Añā Vestri capilli. * Exultent justi in conspectu Dei. &c.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens

Deus: * ut qui sanctorum Martyrum tuorum Vitalis & Agricolae solemniam colimus, * eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dñm.

In Vesperis comem. Octavae Missa Statuit. Die v. Novembris.

QUINTA DIE INF

Octavam Omn. Sanctor.

Omnia ut in ipso Festo.

Vesperae de sequenti com. Octavae.

Die vj. Novembris.

S. LEONARDI

Confessoris, duplex.

Omnia de Communi II. loco.

In Laudibus comm. Octavae.

Vesperae de seq. comm. preced. & Octavae.

Die vij. Novembris.

S. FLORENTIJ EPISC

& Confessor. duplex maj.

Omnia de Communi I. loco.

In Laudibus comm. Octavae.

In Vesp. comm. Diei Octavae Omn. Sanct. ut in j. Vesp. Festi. & Ss. IV. Coronatorum Mart. & Exultant Sancti in gloria. Oratio infra.

Die viij. Novembris.

OCTAVA OMNIUM

Sanctorum, duplex.

Omnia ut in ipso Festo.

In Laud. comm. Ss. IV. Coronat. & L. tamini.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: * ut, qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus: * pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dñm.

Vesperae à Capitulo de Dedicat. Basilicae Salvat. comm. preced. ac S. Theodori M. Or. infra.

Dominica II. in Mense Novembri.

FEST. PATROCINIJ.

B. Mariae V. duplex maj.

Omnia ut in Communi B. M. V.

Com. Dom. in utriusque Vesp. & Laudibus.

Die jx. Novembris.

IN DEDICATIONE BA

silicae Salvatoris, duplex.

Omnia de Communi Dedicacionis Ecel.

In Laudibus fir Com. S. Theodori M.

Oratio.

Deus, qui nos beati Theodori Martyris tui confessione gloriosa circumdas & protegis: * præsta nobis ex ejus imitatione proficere, * & oratione fulciri. Per Dominum.

In Vesperis com. sequent. & Ss. Tryphonis, Respicij & Nymphae V. Martyrum. Oratio infra.

Die x. Novembris.

S. JUSTI EPISCOPI

& Confessoris, semidupl.

Oratio.

Exaudi Domine populum tuum tota tibi mente subiectum: * & beati Justi Confessoris tui atque Pontificis supplicatione custodi: * ut, quod pie credit, appetat: & quod iuste sperat, feliciter consequatur. Per Dominum.

In Laud. com: Ss. Tryphonis & c. Mm.

Oratio.

Fac nos, quæsumus Dñe, sanctorum Martyrum tuorum Tryphonis, Respicij & Nymphae semper festa sectari: * quorum suffragijs * protectionis tuae dona sentiamus. Per Dominum nostrum.

Missa Statuit.

Vesperae de seq. comm. preced. & S. Mennae M.

Oratio de Communi III. loco.

Die xj. Novembris.

S. MARTINI E.

& Confess. dupl. maj.

Psalmi, Capitula, B. brevia, Hymni & c. de Com. Antiph. ad Vesp. Dixerunt discipuli. ex Laud.

Ad Magnificat Antiph.

Musical notation for the beginning of the text: O beatum virum | cuius anima paradysum possidet: unde ex

ultant Angeli, lætantur Archangeli, chorus Sanctorum proclamatur, turba Virginum invitat: Mane nobiscum in æternum. 2.

Oratio.

DEus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: * concede propitius; * ut intercessionem beati Martini Confessoris tui atque Pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Dñm.

Fit commemor. præced. & S. Mennæ Martyr. Or. de Comuni III. loco.

Ad Laudes & Horas Antiph.

DIxerunt discipuli ad beatum Martinum: cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis? invadent enim gregem tuum lupi rapaces. 7.

Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. 7.

OVirum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum, qui nec mori timuit, nec vivere recusavit. ∞.

Ana IV. Oculis ac manibus in cælum semper intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxabat, alleluja.

Martinus Abrahamæ sinu lætus excipitur: Martinus hic pauper & modicus cælum dives ingreditur, hymnis caelestibus honoratur.

∞. Ad Benedictus An̄a.

O beatum Virum, scujus anima paradysum possidet! unde exultant Angeli, lætantur Archangeli: chorus Sanctorum proclamatur, turba Virginum invitat: Mane nobiscum in æternum.

Oratio Deus qui conspicias, supra. Deinde fit comm. S. Mennæ Mart.

In II. Vesp. Ad Magnificat Antiph.

O beatum Pontificem, qui totis

visceribus diligebat Christum
Regem, & non formidabat impe-
rij principatum: o sanctissima
anima, quam etsi gladius perfe-
ctoris non abstulit, palmā ta-
men martyrij non amisit. *A.*

*Oratio. Deus, qui conspicias supra.
Dein sit commem. S. Æmiliani Abbatis.
Ad Missam, Introitus Statuit.
Pro Graduali.*

Alle lu ja, al le lu ja

Beatus vir sanctus Mar-
tinus, urbis Turonis Episcopus

re quie vit: quē susceperunt An-

geli atq; Archangeli, Throni, Domi-
nationes, & virtu-tes,
alle lu ja.

*Offertorium. Veritas mea, fol. xxjv.
Communio. Beatus servus, fol. xlv.
Die xij. Novembris.*

S. ÆMILIANI AB-
batis duplex.

*Omnia de Comuni
Vespera solemn. de seq. cum commem. preced.*

DIE XIII. NOVEMBRIS.

**IN FESTO OMNIUM
SANCTOR. MONACHO-**

*Ord. S.P. Benedicti. Duplex II. class.
Ad Vesperas Antiphona Fulgebunt Justi. ex
Laud. Psalmi de Dominica.
Capitulum. Isaie 8.*

Ecce ego & pueri mei, quos
dedit mihi Dominus in
signum & in portentum
Israël à Domino exercituum,
qui habitat in monte Sion.

Respons. br.

Exultent Justī * in conspectu
Dei. *✕* Et delectentur in læti-
tia. *Gloria Patri.*

Hymnus

A - ve te fo li tu dinis
 Claustrique mites Incola
 Qui pertulistis impios
 Coetus furentis tartari.

Gemmas & auri pondera,
 Et dignitatum culmina
 Calcatis & foedissima
 Quae mundus offert gaudia.

Vobis olus cibaria
 Fuere vel legumina
 Potumque lympa praebuit
 Humisque dura lectulum.

Vixistis inter aspides,
 Saevisque cum draconibus
 Portenta nec deterrima
 Vos terruere demonum.

Rebus procul mortalibus
 Mens avolabat fervida,
 Divumque juncta coetui
 Haerebat inter sidera.

Summo Parenti Caelitum
 Magnaeque Proli Virginis.
 Sancto simul Paraclito
 Sit summa laus & gloria. Amen.

** Latamini in Domino, & exultate Iusti.
 Et gloriamini omnes recti corde.*

Ad Magnificat Antiphona.

Exultet omnium turba fi de-
 lium pro gloria almi Patris Be-

nedicti, & eorum omnium, qui
 eius vestigia sunt secuti.
 la tentur praecipue ca ter-
 va Monachorum, celebrantes e-
 o rum festa in terris, de quoru
 societa te Sancti congaudent
 in calis. *A.*

Oratio.

Concede, quaesumus omnipo-
 tens Deus: * ut ad meliorem
 vitam Sanctorum tuorum exem-
 pla nos provocent; * quatenus, quo-
 rum solennia agimus, etiam actus
 imitemur. Per Dominum.

Et fit Commem. S. Emiliani Abbatis.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Fulgebunt Iusti, si cut
 sol in regno Patris eo rum
 dicit Dominus.

Beati eritis, cum vos ode-
 rint homines, & cum sepa ra-

verint vos, & exprobraverint,
& e jecerint nomen vestrum tan-
quam malum propter Filium ho-
minis: gaudete, & exulta-
te, ecce enim merces vestra
multa est in caelis. *A.*

Gaudent in caelis anima & San-
ctorum, qui Christi vestigia
sunt secuti: & quia pro eius amo-
re saeculum spreverunt: ideo
cum Christo exultant sine fine

G.
Ant. IV. Sancti Domini Domini
benedicite in aeternum.

Quam gloriosum est regnum
in quo cum Christo gaudent
omnes sancti, amicti stolis al-

bis sequuntur Agnum, quocum-
que ierit. *G.*

Capitulum Ecce ego & pueri mei. *supra.*
B. *br.* Lætamini. **Hymnus** Rex gloriose Mar-
tyrum. *✠* Exultabunt Sancti *ut in Comuni*
plur. Martyrum.

Ad Benedictus Antiph.

Vos, qui reliquistis omnia & secu-
ti estis me, centuplum accipietis,
& vitam aeternam possidebitis.

Ad Tertiam.

Antiphona Beati eritis.
Capitulum Ecce ego & pueri mei. *supra.*
✠ Lætamini in Domino & exul-
tate Justi. **B.** Et gloriâmini omnes
recti corde.

Ad Sextam.

Antiphona Gaudent in caelis. *Ecc. 44.*
Capitulum.
Omnes isti in generationibus
sunt, & in diebus suis habentur in
laudibus.

Exultent Justi in conspectu
Dei. Et delectentur in lætitia.

Ad Nonam.

Antiphona. O quam gloriosum. *Ecc. 44.*
Capitulum.
Filij eorum propter illos uf-
que in aeternum manent: se-
men eorum, & gloria eorum non
derelinquetur.

✠ Justi autem in perpetuum vi-
vent. **B.** Et apud Dominum est
merces eorum.

In II. Vesperis Antiph. Fulgebunt Justi.
ex Laud. Psalmi ut in Comuni Mart. in II. Vesp.
Capitulum *Sec. ut supra in I. Vesp.*

✠ Exultabunt Sancti in gloria.
B. Lætabuntur in cubilibus suis.

Ad Magnificat Añā.

In generatione ⁊ cum sederit
 Filius hominis in sede ma-
 jestatis suæ, se debitis & vos su-
 per sedes duo decim, judicantes
 duodecim tribus Israhel.

Oratio Concede quæsumus, supra.
 Deinde fit Coñem. sequentis Oratio ut infra.
 Missa ut supra in Festo Oo. Sancti. excepto qđ
 in Introitu loco vocis Omnium cantetur Mo-
 nachorum. Cetera ut ibi.

S. Post Vesperas Diei dicto Benedicamus Dño.
 &c. fit Processio funebris ut in Festo Omn. Ss.
 dictum est. & omnia fiunt uti et cras sicut ibi
 excepto, quod solum Vesperæ Defunđ. cum uno
 Nocturno & Laudibus sub ritu semiduplicis di-

cantur. In Oratione Deus veniæ largitor. omi-
 tuntur voces Propinquos & Benefactores.

Die xxj. Novembris.

S. A N D R E Æ A-

vellini Confess. femid.

In Hymno Meruit supremos.

Oratio.

DEus, qui in corde beati An-
 dreæ Confessoris tui per ar-
 duum quotidie in virtutibus pro-
 ficiendi votū admirabiles ad te
 ascensionē disposuisti: * concē-
 de nobis ipsius mēritis & interces-
 sione, ita ejusdem grātia partici-
 pes fieri, * ut perfectiora semper
 exequentes, ad glōriæ tuæ fasti-
 gium feliciter perducāmur. Per Dñm.

Missa Os justii. II. loco, quam solus Hebdom.

leget: Principalis verò et omnes alia de Requie.

I. loco. Oratio verò Deus veniæ largitor. pro

omni Defunđ. Fratribus O. S. B.

Vesperæ [habet hoc specialiter Monasterium

Schutterense] Iohannes de sequenti sine coñem.



DIE XV. NOVEMBRIS.

IN SOLEMNI COMMÉM. TRANSLATION.

SS. SANGUINIS D. N. J. C.

ET ALIARUM SS. RELIQUIARUM,

Quæ in Monasterio B. M. V. ad Schutteram, & alijs Ecclesijs S. Ordin. B. affervantur. Duplex II. classis.

AD VESPERAS.

Antiphonæ Omnes Sancti. de Comuni plur:

Mart. Psalmi de Dominica.

Capitulum.

Rom. 8.

Spiritus ejus, qui
suscitavit Jesum a
mortuis, habitat in
vobis: qui suscitavit
Jesum Christum a mor-
tuis, vivificabit &
mortalia corpora

vestra, propter inhabitantem
spiritum ejus in vobis.

R. breve. Exultent Justi. de Com. plur. Mm.

Hymnus.

AD este Sancti plu ri mo
Dum thure, vestra dum pijs

Coluntur ossa ritibus,
Votis favete supplicum.

Non illa, quamquam tristibus
Imū redacta in pulverem
Dudum sepulchris squalleant,
Divina virtus deserit.

Sed sancta præfenti fovet,

Implétque templa Númine;
Sed & futuræ spiritus
Post secla servat glóriæ.

Hinc ille, qui nostris latet
Cinis sub aris conditus
Ægris medetur efficax
Torquet fugatque dæmones

Sit summa Christe laus tibi
Venture Judex sæculi
Cum Patre cumq; Spiritu
In sæculorū sæcula, Amen.

x. Custodit Dominus omnia of-
sa eorum. **R.** Unum ex his non con-
teritur.

Ad Magnificat Antiphona.
Istorum est enim regnum cæ-
lorum, qui contempserunt vitā
mundi, & pervenerunt ad præmi-
a regni, & laverunt stolas
suas in Sanguine Agni. ∞.

Oratio.
Mm. i.

DEus, qui hanc sacrosanctam Ecclesiam tot voluisti Sanctoꝝ decorari Reliquijs: * auge in nobis resurrectionis fidem, & fac nos immortalis gloriæ participes, * cuius in eoꝝ cineribus pignora veneramur. Per Dominum.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Omnes Sancti. de Comuni plurimof. Martyrum.

Capitulum. Si Spiritus ejus, supra.
Respons. br. Latamini. de Comuni Min.

Hymnus.

OVos unanimes Christi adū chori
Sanctoꝝ tumulos & cineres Patrum
Caras exuvias, pignora Cælitum

Latris dicite cantibus.

Cælo, quando pijs æqua laboribus
Felices animæ gaudia possident,
Poenarum socijs debita redditur
Hic laus & decus ossibus.

Passim sparsa Deus, polliciti memor
Custos, ne pereant, pignora colligit,
Electosque suis providus aggerit
Aptandos, lapides locis.

Quin & Reliquias, & tumulos sibi
Aras ipse Deus consecrat hostia;
Conjugensque suis se Caput artubꝝ,
Hoc secum simul immolat.

Vos, quorum cineres supplicibus pia
Tutum præsidium plebs colit osculis,
Si vos nostra movent, subsidium boni
Vestris ferte clientibus.

Ut cum nostra novis splendida dotibꝝ
Surget juncta choris spirituum caro,

Indivisa Trias sit Deus omnia.

Nobis semper in omnibus. Amen

V. Sit memoria Justoꝝ in benedictione. **R.** Et ossa eoꝝ pullulent in loco suo.

Ad Benedictus Antiphona.

Exhibeamus t corpora nostra
hostiam viventem, sanctam Deo
placentem: semper mortificationem Jesu in corpore nostro
circumferentes: ut & vita Jesu
manifestetur in corporibus
nostris. *Oratio.*

Oratio. Deus, qui hanc sacrosanctam.

Ad Tertiam.

Antiphona. Cum palma.

Nostra conversatio in cælis
est; unde etiam Salvatorem
expectamus Dominum nostrum
Jesum Christum, qui reformabit
corpus humilitatis nostræ confi-
guratum corpori claritatis suæ.
V. Sapientiam Sanctoꝝ nar-
rent populi. **R.** Et laudes eoꝝ
nuntiet Ecclesia.

Ad Sextam.

Antiphona. Corpora Sanctoꝝ.

Capitulum. i. Pet. 4.

Sil exprobramini in nomine
Christi, beati eritis: quonia

quod est honôris, glôriæ & virtutis Dei, & qui est ejus, spiritus super vos requiescit.

V. Non relinquet Dñs Sanctos suos. **R.** In æternū conservabuntur.

Ad Nonam.

Antiphona. Martyrum chorus.
Capitulum. i. let. 3.

Quis est, qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? sed & si quid patimini propter justitiam, beati.

V. Gloriosus Deus in Sanctis suis. **R.** Mirabilis in Majestate, faciens prodigia.

In II. Vesperis.

Antiphona. Isti sunt Sancti, & Psalmi ut in Communi plur. Mart. ad II. Vesperas.
Capit. Si Spiritus. R. br. & Hymnus ex j. Vesperis.

V. Consolabor vos, & gaudébit cor vestrum. **R.** Et ossa vestra quasi herba germinabunt.

Ad Magnificat Antiph.

Gaudent in cælis, &c. ut in Communi plur. Mart. in II. Vesp.



Oratio Deus, qui hanc sacrosanctam supra. Et fit comem. S. Othmari Abb. Or. Intercessio.
S. Hodie ante summum Officium fir solemnis Processio cum SS. Sanguine D.N.J.C. sub qua cantast vel Responsor supra in F. Omn. Sancto. positum Beati estis. sol. sso. vel sequens Hymnus magis appositus, abs P.M. Abbate Francisco Müntzer compositus.

Ad Processionem.







Augusto Christi Sanguini




Mm. 2.



Salutis nostræ pretio,



Laudes dicamus pignori



Nobis de cælis credito.

Inter sacrata pignora

Thesaurus est sacratior,

Quo inter tot discrimina

Schutztra stetit securior.

Sudarij & Spóngia

Christi sacras Reliquias

Hic veneremur intime

Fidelium delicias.

Unacum Cruce, Statuæ,

Qua flagellatus Dominus,

Juncto sacro Ligamine,

Quo viuctus Dei Filius.

De Petra, ubi natus est
Et in qua passus, altera
Et quæ, dum baptizatus est,
Fuit sub pede, Arénula.

De Oliveti hortulo
Orantis Dei Filij,
Calvariæque loculo,
Pane sacratio Domini.

Sepulchro quoque Hominis.
Dei pro nobis mortui,
Accensâ ac de superis
Candelâ olim inibi.

Nec non de Virga Aâron,
Et Arâ sancti Michaël,
Et quam plantarat Dominus
In Pardyso, arbore.

Ecce quot specialia
Nobis indulgit Dominus
Hic adoranda Symbola
Facta salutis omnibus.

Sed & Beatae Virginis
Lac, Crines, Vestes, optima
Hic contuemur Filij
Mariæ Matris munera.

Baptistæ quoque Capitis
Cum digito & vestibus
Nec non sacratio pulveris,
Partem cæli fidelibus.

Apostolorum, Martyrum,
Qui noti per Ecclesiam,
Et Fundatorum Ordinum,
Partem videmus maximam.

Benedicti almifici
Præprimis pleni gratia
Ossa simul & Placidi
Fide colamus integra.

Confessorum & Virginum
Viduarumque pulveres
Sacratos tanquam cælitum
Exosculæmur hilares.

Adeste ergo Populi
Præstæ vicini Patriæ
Expositi discrimini

Fidenter huc confugite.
Ob tot salutis pignora,
Adest hic locus gratiæ,
Ad diluenda crimina
Spes singularis veniæ.

ET vos Patróni, Cælites
Hoc vero facti Sanguine,
Uni Trinóque supplices
Pro nobis intercedite. Amen.

In fine Processionis Sacerdos stans versus populum repetit duas ultimas strophas, sub quarum posteriore benedicit cum Sa Sanguine.

*In fine vero Missæ & Vesperarum, cum Benedictionem dat cum Sa Sanguine, cantat Sacerdos sequentes *v*.*

**v. Sanguis Jesu Christi Domini nostri, alleluja. B. Emundat nos ab omni peccato, alleluja.*

**v. Beati qui lavant stolas suas in Sanguine Agni. B. Ut sit potestas eorum in regno.*

**v. Dilexit & lavit nos à peccatis nostris in Sanguine suo. B. Et fecit nos regnū & Sacerdotes Deo & Patri suo.*

**v. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. B. Amen.*

**v. Domine exaudi orationem meam. B. Et clamor meus ad te veniat.*

**v. Dominus vobiscum. B. Et cū spiritu tuo.*

Oremus.

Benedictio Dei omnipotentis Pa*tris
& Fi*lij & Spiritus*sancti Per pre-
tiosissimum ejusdem Filij Domini nost-
ri Jesu Christi Sanguinem descendat
super nos, locum istum, Patriam nostram
& maneat semper. B. Amen.

Ad Missam.

Introitus Multæ tribulationes. fol. 490. sed seq.

Psalmus.

Non derelinquet Dñs Sanctos suos:

in æternum conservabuntur. II.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le-

lu ja. **J**usti quasi virens

fo lium germina bunt: non como-

ve bitur radice o rum: sit

memoria Justo rum in benedicti-

one & ossa eorum pullulent

in loco suo, alle lu ja.

Offertorium.

Capillus de ca pi te vestro non pe-

ribit: in patien tia vestra possi-

debitis animas vestras.

Communio.

Dormiunt in ter ra pul vere:

e vi gi labunt in vi tam æ ter-

nam: & ossa eo rum quasi

herba germina bunt.

Die xvj. Novembris.

S. OTHMARI

Abbatis, duplex.

Omnia de Comuni I. loco.

Vesperæ de sequenti, comem. præced.

Die xvij. Novembris.

S. GERTRUDIS MA-

gnæ Abbatisse Virg. dup. ij. class.

Ad I. Vesperas Antiphonæ.

IN corde Gertrudis inve-

nietis me, dicit Dominus: com-

Mm. 3.

placuit sibi in il la anima mea.

☉. *Dixit Dominus, cum reliq. de Virgin.*

Sanctissima Christi Sponfa dilecto suo jugiter adhærebat.

& unus cum illo spiritus erat. 4.

Quam pulchra es Gertrudis & quâ decora in delicijs, in qua jucundam sibi Deus habitatio-

nem præparavit. 3.

Vivo autem ego & jam non ego vivit verò in me Christus. Ego enim stigmata Domini Jesu in corde meo porto. 7.

Capitulum. *Cant. 3.*

Inveni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam,

donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum Genitricis meæ.

Respons. br. de Comuni Virg. Sequens Hym. cantatur ut Jesu corona virginum

Hymnus.

Gertrudis Arca Numinis, Sponsaque juncta Virginum, Da nuptialis pangerè Castos amores fœderis.

Quadrîma Christo nûbilis In claustra promptè cónvolas Spretoque nutritis sinu Sponsi requiris oscula.

Candentis instar liliij Odore mulces fœdera, Et virgináli Calitum Regem decore pertrahis.

Qui vivit in sinu Patris Cinctus perenni glória Amanter, ut sponsus tua Recumbit inter úbera.

Amóre Christum vulneras: Hic te vicissim vulnerat: Tuoque cordi própria Inúrit altè stigmata.

Osingularis charitas, Et mira commutatio! Hic corde respirat tuo: Tu vivis hujus spiritu.

Te Sponse Jesu virginum Beata laudent agmina, Patri simul Paráclito, Par sit per ævum glória, amen.

*. Specie tua.

Ad Magnificat Añã.

Egredi mini & videte si li-

æ Sion Gertrudem in dia demate, quo coronavit illã Chri-



Oratio.

Deus, qui in purissimo corde beatæ Gertrudis Virginis tuæ jucundam tibi habitatiōnem præparasti: * ejus meritis & intercessiōne cordis nostri maculas clementer absterge, * ut digna divinæ Majestatis tuæ habitatio effici mereatur. Per Dñm.

fit commemor. S. Othmari Abb.

Ad Laudes & Horas An̄a.

Lauda, & latere filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dñs.

O beata anima, quæ meruit esse sedes sapientiæ, cujus delitiæ sunt, esse cum filiis hominum.

Annulis septem subarrhavit me Dominus meus Jesus Christus, & tanquam sponsam decoravit me corona.

Habuit Gertrudis potestatem claudere cælum nubiis, & aperire portas ejus: quia lingua ejus clavis cæli facta est.

Ancilla fidelis, & sponsa electa intravit in cor, & gaudium Dñi sui, cujus amore languebat.

Capitulum. Inveni quem diligit supra
Respons. br. de Communi Virg.

Hymnus.

Adfacros Virgo thalamos anhelans
Nuptias cælo celebrare gestit,

Et pijs votis nimium morantem
Provocat horam.

Agra cum lanquet, manifestus adstat
Cælitum turmâ comitante Christus,
Atque Divini recreat jacentem
Lumine vultus.

Surge, conclamat, foror atque sponsa,
En tibi pando penetræle cordis
Ut triumphali referata scandas
Sidera curru.

Ista vox omnes penetrat medullas
Atque compages animi resolvit:
Spiritus liber volat in reclusa
Viscera Christi.

Régios Agni thalamos petentem
Jubilans stipat Superum corona
Atque complexus & amica cantat
Oscula sponsi.

[Regem
Virginum Sponsum, Superumque
Virginum sanctæ celebrent choræ,
Et sacram simplex Triadē per avū
Orbis adoret. Amen.

* Diffusa est gratia.

Ad Benedictus Antiphona.

Odignissima Christi sponsa, quæ
lux prophetiæ illustravit, zelus Ap-
ostolicus inflamavit, laurea Vir-
ginū coronavit, Divini amoris in-
cendium consummavit.

Oratio. Deus, qui in purissimo supra.

Ad Tertiam.

Antiphona. O beata anima.
Capitulum. Inveni quem diligit supra.
* Specie tua.

Ad Sextam.

Antiphona. Annulis septem.
Capitulum. *Cant. 8.*

Pone me ut signaculum super
cor tuum: ut signaculum su-
per brachium tuum: quia fortis
est ut mors dilectio.

* Adjuvabit eam.

Ad Nonam.

Antiphona. Ancilla fidelis.

Mm. 4.

Capitulum.

Cant. 2.

Surge, amica mea, speciosa mea & veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae: ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decorata.

✠ Elegit eam Deus, &

In II. Vesperis Antiphona.

Casta columba in caverna maceriae sacri lateris Jesu Christi, mel suavissimum de petra fugebat. 7.

Loquebatur Christus ad dilectam Gertrudem facie ad faciem sicut solet loqui homo ad amicum suum. 7.

Beatae Gertrudis verba divini erant a moris jacula: lampades ejus lampades ignis,

atque flammularum. 00.

Dilectae animae in carcere corporis exeuntem accepit Christus in ulnas suas, & cor illi aperiit. 3.

Capitulum Inveni. responsor. breve & Hymnus ut supra in j. Vesperis.

✠ Diffusa est gratia.

Ad Magnificat Antiphona.

Apparuerunt caelestes Spiritus de caelo descendentes in terram, qui Gertrudem ad paradisi gaudia modulatis vocibus invitabant. Veni, veni Domina, quia te expectant caeli deliciae, alleluja, alleluja. 00.

Oratio. Deus, qui in purissimo. Missa Vultuum tuum. In Vesperis commem. sequentis.

Die xvij. Novembris.

IN DEDICATIONE Bafilicae Ss. Petri & Pauli, duplex.
Omnia de Comuni Dedicat.

In Vesperis comem. sequent. & S. Pontiani P.
Mart. ut infra

Die xix. Novembris.

S. ELISABETH

Reg. Hung. Viduæ, dupl.

Oratio.

TUorum corda fidelium,
Deus miserator illustra. *
& beatæ Elisabeth precibus glo-
riosis fac nos prospera mundi
despicere, * & cælesti semper con-
solatione gaudere. Per Dñm.

In Laud. fit comem. S. Pontiani P.M.

Oratio.

Infirmatatem nostram respice
omnipotens Deus. * & quia
pondus propriæ actionis gra-
vat, * beati Pontiani Martyris
tui atque Pontificis intercessio
gloriosa nos protegat. Per Dñm.

Missa Cognovi.

Vesperæ à Capitulo de sequenti comem. præc.

Die xx. Novembris.

S. FELICIS DE VAL

Confessoris, duplex.

In Hymno. Meruit supremas.

Oratio.

DEus, qui beatum Felicem Co-
fessorem tuum ex eremo ad-
munus redimendi captivos cæli-
tatis vocare dignatus es: * præsta
quæsumus, ut per gratiam tuam
ex peccatorum nostrorum capti-
vitate ejus intercessione libera-
ti, * ad cælestem patriam perdu-
camur. Per Dominum.

Missa. Justus ut palma.

Vesperæ de sequenti comem. præc.

In Hymnis Completorii &c. clauditur: Glo-
ria tibi Domine, qui natus es de Virgine.

Die xxj. Novembris.

IN FESTO PRÆSEN

tation. B.M.V. duplex maj.

Omnia ut in Communi de B.V.M. præter seq.

In utrisq; Vesp. ad Magnificat Añã.

Beata Dei Genitrix Maria,
Virgo perpetua, templū Domini
sacrarium Spiritus sancti: so-
la sine exemplo placuisti Do mi-
nonostro Je su Christo, allelu-
ja.

Oratio.

DEus, qui beatam Mariam se-
per Virginem, Spiritus sancti
Habitaculum hodierna die in
Templo præsentari voluisti: *
præsta quæsumus: * ut ejus interces-
sione in Templo gloriæ tuæ præsen-
tari mereamur. Per Dominum...
in unitate ejusdem Spiritus.

In Vesperis comem. sequ: per Añã ut seq:

Die xxij. Novembris.

S. CÆCILIAE VIR

ginis & Martyr. duplex.

Ad Magnificat Añã in I. Vesperis.

Est secretum, Valeriane, quod
tibi volo dicere: Angelum Dei

Mm. s.

habeo amatorem, qui nimio
zelo custodit corpus meum. 4.
x. Specie tua.

Oratio

DEUS, qui nos annua beatae
Ceciliae Virginis & Martyris
tuae solemnitate laetificas: * da, ut
quam veneramur officio: * etiam
pia conversationis sequamur
exemplo. Per Dominum.

Ad Laudes & Horas Antiphæ.

CAntantibus organis & Ca-
cilia Domino decantabat di-
cens: Fiat cor meum immaculatum
ut non confundar. *A.*

Valéria nua in cubiculo Cæ-
ciliam cum Angelo orantem in-
venit. 7.

Cacilia & famula tua Domine
quasi apes tibi argumen-

tofa deservit. 3.

Ana IV. Benedico te & Pater Dô-
mini mei Jesu Christi, quia per
Filiium tuum ignis extinctus
est à latere meo.

Tridua nast à Domino poposci
inducias, ut domum meam Ecclē-
siam consecra rem. 4.

*Capitulum, Respons. br. Hymnus & Versus
de Comuni Virg.*

Ad Benedictus Antiph.

Cum aurora & finem daret,
Cecilia exclamavit, dicens: Eja
milites Christi, abijcite opera
tenebrarum, & induimini ar-
ma lucis.

*Oratio. Deus, qui nos annua. supra.
Ad Horas Capitula, & Versus ut in Comuni.
Missa Loquebar. fol. lvi. sed pro Graduali
Alla, alla. Quinque prudentes. fol. 431.
Ad Vesperas Ana Cantantibus organis, &c.
Psalmi, Capitulum, Resp. br. Hym. x. de Comm. Virg.*

Ad Magnificat Antiph.

Virgo gloriosa & semper E-
vangeliium Christi gerebat in
pectore suo: & non diebus
neque noctibus à colloquijs di-

vinis & orati o ne cessabat.

2. *Oratio.* Deus, qui nos annua supra
Deinde fit Comemor. S. Clementis. P.M. Ana
ut infra. & S. Felicitatis Mart. Or. ut infra.

Die xxiiij. Novembris.

S. CLEMENTIS
Papae & Martyr. semid.
Ad Magnificat Antiph.

Oremus omnes ad Dominū Je-
sum Christum, ut Confessoribꝫ
suis fontis venā aperiat. ∞.

x. Gloria & honore.
Oratio.

Deus, qui nos annua beati
Clementis Martyris tui at-
que Pontificis solemnitate lati-
ficas: * concede propitius; * ut
cujus natalitia colimus, virtute
quoque passionis imitemur. Per
Dominum nostrum.

Pro Commem. S. Felicitatis Mart. Ana.
Simile est regnum. x. Specie tua.

Oratio.

Praesta quaesumus, omnipo-
tens Deus: * ut beata Felici-
tatis Martyris tuae solennia re-
censentes, * meritis ipsius prote-
gamur & precibus. Per Dñm.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Orantet sancto Clemente
apparuit e i Agnus Dei. 7.

Non meis meritis ad vos me-
misit Dominus, vestris coronis
participem fieri. 7.

Vidi supra montem et Agnū stan-
tem, de sub cuius pede fons vivy
emanat. 7.

Ana IV. De sub cuius pede, et
fons vivus emanat, fluminis
impetus latificat civitate Dei.

Omnes Gentes et per gyrū cre-
diderunt Christo Dño. ∞.

Capitulum, Resp. breve, Hymnus & Versus
ut in Comuni unius Mart.

Ad Benedictus Antiph.
Cum iter et ad mare cepisset,
populus voce magna clamabat:
Domine Jesu Christe, salva illū:
& Clemens cum lacrymis dice-
bat: Suscipe Pater spiritū meū.

Oratio. Deus, qui nos annua.
Pro Commem. S. Felicitatis. Ana. Date ei. x.
Diffusa est Or. Praesta quaesumus, supra.

Vesperæ de sequenti cõmẽm. præcedentis
Antiphona sequens.

Dedisti Domine thabituaculum
Martyri tuo Clementi in mari,
in modum templi marmorei
angelicis manibus præparati,
iter præbens populo terræ,
ut enarrent mirabilia tua.

Oratio Justus ut palma
Deus, qui
nos annua supra.

Tandem S. Chryfogoni Mart. Or. infra.

Ad Missam Introitus.

Dicit Dominus: Ser-
mones mei, quos dedi in os tu-
-um non deficient de ore tu-

o & mu nera tua accepta
e runt super alta re me-
- um.

Psalmus.

Beatus vir, qui timet Dominum: in
mandatis ejus cupit nimis. *I.*
Pro Graduali. Alla, alla. Hic est Sacerdos.
fol. xxxv. Offert. Veritas mea. fol. xxxvj. Com-
munio Beatus servus. fol. xljv.

Die xxxjv. Novembris.

**S. COLUMBANI
Abbatis, Duplex.**

Omnia de communi *I. loco.*
In Laudibus fit comm. S. Chryfogoni M.
Oratio.

Ad esto Domine supplicati-
onibus nostris: * ut qui
ex iniquitate nostra reos nos
esse cognoscimus; * beati Chry-
fogoni Martyris tui intercessi-
one liberemur. Per Dominum.

Vesperæ de seq. commem. præced.

Die xxxv. Novembris.

**S. CATHARINÆ
Virg. Mart. dupl. maj.**

Oratio.

DEus, qui dedisti legem
Móysi in fumitâte montis
Sînâi, & in eodem loco per fan-
ctos Angelos tuos Corpus beâ-
tæ Catharinæ Virginis & Már-
tyris tuæ mirabiliter collocâ-
sti: * præsta quæsumus, * ut
ejus méritis & intercessiône,
ad montem, qui Christus est,
per venire valeâmus. Per Dó-
minum nostrum.

Missa *L*oquebar.

In Vesperis comm. sequentis & S. Petri Ep.
Martyris. Or. Infirmiorem.

Die xxvj. Novembris.

S. SILVESTRI

Abbatis, duplex.

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus
Dómine, beati Silvéstri Ab-
batis commendet: * ut, quod
nostris méritis non valémus, *
ejus patrocínio assequâmur.

Per Dóminum.

Postea in Laudibus fit comem. S. Petri Ep.
Mart. Oratio Infirmiorem.

Missa. Os justis. I. loco.

Vesp. à Capit. de seq. Meruit supremos. cō.
Preced. Or. Deus, qui nos beati Silvestri Ab-
batis annua solemnitate. II. loco.

